EPIGRAMM
ANTIQUA



~~B.4.3.~~ 1: ~~A 78~~
N.V.~~28.~~
12



William Charles De Meuron, Earl Fitzwilliam.

EPIGRAMMATA
ANTIQVAE . VRBIS

CAVTVM.EDICTO.LEONIS.X.
PONT.OPT.MAX.
NE.QVIS.IN.SEPTENNIVM.HOC.OPVS.EXCVDAT
ALIOQVI . REVS . ESTO
NOXAMQVE
PENDITO

IACOBVS. MAZOCHIVS
MARIO. VOLATERRANO
EPISCOPO. AQVINATI

ANtiqua Vrbis Romæ monimenta/ tot tantiſq; in hanc uſq; diẽ ruinis abolita/cum eruere inq; lucem aliquam aſſerere/ pro ui rili laboraſſem: quantum laboris exhauſerim / quantum tem poris impenderim/ hi ꝓfecto ſentient uidebuntq; / qui uel unũ illud ſibi oculis aĩoq; præpoſuerint/Perdifficilem eſſe atq; ardu am prouinciam/quam aggredi/ne dum perficere/nemo hacte nus ſit auſus. Quod ipſum ſane munus ſi qui forte minus obi uiſſe atq; aſſequutos eſſe nos / inſimulauerint:culpam haud de precabimur . dum uiam ſaltem diligentioribus pateſeciſſe primum/boni cõſulant Ne ingrati ſaltem uideantur huic oneri/non noſtris ſolum/ ſed herculeis quoq; hu meris impari/& cui deniq; ſuccubuiſſem/ni mihi tum antiquitatis amor uires ani mumq; ſuggeſſiſſet/tum uel maxime tui contemplatio. cuius unius auſpiciis eden dus liber erat.;Vellem.n.eos/quorum nomine monimenta publicantur / quibuſq; publici compendii uolumina nũcupantur/æque claros/æque dignos eſſe/ atq; ipſe omnium iudicio ꝑhiberis.Enimuero quotuiſquiſq; hodie non uel fortuna uel mu nuſculis cõſequitur / ut præfatiuncula nimis libera librariorum edendis operibus indita/præſtantiſſimus plerunq;/ac eorum notæ cenſeatur/ qui ſe ultra uulgi emen dationem protulerint? Tu uero (ut Fortunæ in te blandimenta ſileantur) quo ſtu dio peritioribus ſemper faueris/diſciplinas excolueris/religionem ſacris operatus extuleris/neminem omnino præterit.Vetuſtates autem quanti ſemp feceris/ ædes ipſæ tuæ teſtantur / his ĩprimis conſpicuæ . ut in conquirendis undiq; tum ſta / tuis tum epigrammatis/nullis unquam ſumptibus peperceris: nouoſq; penates nõ tam in tuorum q̃ in antiquorum imaginibus ſpectari decreueris . Vt iure ſuo atq; optimo ſtudioſa cohors in noua/quæ paratur/ Academia te uigilem/parẽtem/prin cipemq; deſtinarit.Neq; porro quiſpiam omnia ſe ſuſcepturum uno eodemq; ope re collecta / ueluti ſub unam Myconum/ expectet : aut operam induſtriamq; in id noſtram ſcrupuloſius requirat.Innumera ſiquidem tum effodiuntur indies/ ut na ſci fere telluris ſponte uideantur:tum multis ante annis periere/ uel in calcem reda cta(proh dolor)uel in ædificiorum fundamentis ſubruta/uel equorum contundẽ da pedibus ſubdita.Ac interierunt illa utiq; non hominum magis neglectu(qui & ipſe fuit ingens) q̃ uel Ro.Imperii fato/ uel ſuo . Quandoquidem non animan/ tibus minus q̃ & ſaxis & nominibus interitum diemq; nouiſſimum ſtare uidemus. Simplicia deniq;/& quæ nullius pene argumenti uidebantur/interſeruimus.In his.n. uel breuitas/uel puritas/uel error etiam/quod monerent/habebant. Quæ medius fidius ut q̃ cautiſſime legantur/& ſi cõmonendus ipſe mihi peritiſſimus non es/ dũ tamen tecum loquor/aurem lecturo non indocili uellendam duximus. Ad quem paululum a te conuerſus uelut e ſublimi aggere inclamem/ Sunt hic/ quæ uix mul to quoq; ſtudio idipiſcaris.ſunt quæ admireris.ſunt quæ ſigillatim aſpernere . Sed ſunt ſimul omnia/in quibus totam fere uetuſtatem docearis.quicq; maxime ſequẽ dum atq; imitandum/& quid contra fugiendum ac uitandum uideatur/ intelligas. Atq; ita ſequens tum fructus tum uoluptas omne ꝑcium laboris abſoluãt. Vale.

Iacobus Mazochius ad Lectorem

VT Commodius abſoluti tandem operis lectione ſtudioſi fruerentur / Valerium Probum præpoſuimus. Quem infinitus antea locis corruptum/mancum/atq; inuerſum / MARIANGELVS ACCVRSIVS uetuſtatis obſeruantiſſimus iuuenis/ nobis imprimendum exhibuit / ex uetuſtioribus codicibus ſumma diligentia percognitum inſtauratumq;.ut ne una quidem in eo iam notula (quantum bonorum est conſilio preſtari potuit) uel ſubſultet uel deſideretur.

Valerii Probi grammatici de notis antiquarum litterarum.

EST & circa perſcribendas/uel paucioribus litteris notandas uoces ſtudium neceſſarium. Quod partim pro uoluntate cuiuſq; fit/partim uſu publico & obſeruatione communi. Nanq; apud ueteres cum uſus notarum nullus eſſet / ſcribendi facultatem/maxime in ſenatu qui aderant ſcribendo/ut celeriter comprehenderent/quædam uerba atq; nomina ex cōmuni/cōſenſu primis litteris notabant. Et ſingulæ litteræ quid ſignificarent in promptu erat. Quod nominibus/prænominibus/legibus publicis/Pontificūq; monumētis/iuriſq; ciuilis libris etiā nunc manet. Ad quas notationes publicas acceſſit & ſtudioſorum uoluntas:ut unuſquiſq; familiares ſibi notas pro uoluntate ſignaret. Quas compræhendere/infinitum eſt. Publicæ ſane tenendæ ſunt.quæ in monumentis plurimis/& hiſtoriarum libris/ſacriſq; publicis reperiuntur. Vt. P. Publius. C.Caius. M.Marcus. CN.Cneus. Q.Quintus. MAR.Marcius. TI. Tiberius. CL. Claudius. T. Titus. SP.Spurius. SEX.Sextus. SER.Seruius. OP.Opiter. A.V.C. Ab Vrbe condita. P.R.E. Poſt reges exactos P.C Patres conſcripti. S.P.Q.R. Senatus populuſq; Romanus. EQ.R. Eques romanus. V.R. Vrbs romana. C.R. Ciuis romanus. COL. Colonia:Coloni. MVN. Municipia: Municeps. N.L. Nominis latini. L.C. Latini coloni. S.N.L. Socii nominis latini. Et ſimilia. Secundum hæc:curiarum nomina/tribuum/comitiorum/ſacerdotiorum/ poteſtatum/magiſtratuum/præfecturarum/ſacrorum ludorum/rerum urbanarum/rerum militarium/collegiorum / decuriarum/faſtorum/numerorum/menſurarum/iuris ciuilis:& ſimilium cæterorum/notationes proprias habent.

Litteræ ſingulares in Iure Ciuili.
In Legibus & plebiſcitis.

P.I.R.P.Q.I.S.I.F.P.R.E.A.D.P. Populū iure rogauit:populuſq; iure ſciuit / in foro pro roſtris/& ante diem pridie. E.H.O.L.N.R. Eius hac omnibus lege nihilum rogatur. S.R.L.E.I.C.Q.O.R.E. Si rem lex ex iuſſu cauſſaq; omnium rerum eſto. S.N.L. Socii nominis latini. L.P.C.R. Latini priſci ciues romani. M.E.M.D.D.E. Municipibus eius municipii dare damnâs eſto. C.E.C. Colonis eius coloniæ. Q.E.R.F.E.D. Quod eius rei factum eſſe dicetur. L.I.D.A.C. Lex iulia de adulteriis coercendis. V.D.P.R.L.P. Vnde de plano recte legi poſſit. A.A.A.F.F. Aere/argento/auro/flando/ferundo. I.N.Q.Q. Iuſtis nuptiis quæſita quæſitus. uel ſic: iuſtus nuntius quæſitos quæſitus. S.Q.S.S.E.Q.I.N.S.R.E.H.L.N.R Si quid ſacri ſancti eſt quod iure non ſit rogatum/eius/hac lege nihil rogatur. V.P.R. Veteri poſſeſſori redditum. V.A. Veterano aſſignatum. V.F. Vſus fructus. S.C.P.S. Senatus conſultum plebiſcitum. Q.D.E.R.F.P.D.E.R.V.I.C. Quod de ea re fieri placeret de ea re uniuerſi ita cenſuerunt. D.C.S. De conſulis ſententia. Q.F.E.I.S.F. Quod factum eſt in ſenatu fuerit. S.Q.M.D.E.R.A.P.P.V.L.O.E.CONS.PR.TR.PL.Q.N.S.Q.E.

V. A. P. P. V. F. Si quid me de ea re ad populum plebem ue lati opus eſt/Conſules/prætores/tribuni plebis/qui nunc ſunt/quod eis uidebitur/ ad populum plebem ue ferant. S. F. S. Sine fraude ſua.

In Actionibus.

A. T. M. D. O. Aio te mihi dare oportere. Q. N. T. S. Q. P. Quando negas/te ſacramento quinquagenario prouoco. Q. A. N Q. N. Quando ais/ neq; negas. E. I. M. C. V. Ex iure manu conſertum uocant. S. N. S. Q. Si negat ſacramento quærito. S. S. C. S. D. E. T. V. Secundum ſuam cauſſam/ſicuti dixi ecce tibi uindicta. Q. I. I. T. C. P. A. F. A. Quando in iure te conſpicio/poſtulo an fias author. T. I. A. V. P. V. D. Tempore iudicem / arbitrum ue poſtulat ut des. I. D. T. S. P. In diem tertium/ſiue perendinum. A. L. AE. Arbitrium liti æſtimandum. Q. B. F. Quare bonum factum:

In edictis perpetuis.

I. D. P. Iuri dicundo præerit. I. D. C. Iuris dicundi cauſſa. Q. R. F. E. V. Quod recte factum eſſe uidebitur. V. B. A. Viri boni arbitratu. D. M. F. V. C. Dolo malo/fraudiſue cauſſa. I. D. Iudicium dabo/uel iuris dictio. Q. E. R. E. T. P. I. R. D. T Q. P. D T. D. D. P. F. Quanti ea res erit / tantæ pecuniæ iudicium recuperatorium dabo.teſtibuſq; publice duntaxat decem denunciandi poteſtatem faciam. Q. S. S. S. Quæ ſupra ſcripta ſunt. I. C. E. V. Iuſta cauſſa eſſe uidebitur. N. K. C. Non calumniæ cauſſa. C. C. Conſilium cepit.uel cauſſa cognita. uel cauſſa cōmiſſa. F. C. Fraudare creditores.uel fiduciæ cauſſa. uel fidei cōmiſſum. P. C. Patres conſcripti.uel pactum conuentum.uel pecunia conſtituta. C. V. Centum Viri.uel Clariſſimi uiri. S. T. A. Sine tutoris authoritate. T. A. Tutore authore. F. E. D. Factum eſſe dicetur. H. S. Hæc ſic.uel hic ſitus.uel hora ſecunda. Q. A. M. Quem ad modum. Q. M. Quo modo.uel quo magis. P. P. L. I. Pro prædictæ litis iudiciis. I. S. Iudicatum ſolui. C. E. D. Conuictum eſſe dicetur. P. DEL. V. Pro delictis uindiciarium. M. F. P. Malæ fidei poſſeſſor.

A.	Aulus.
AVG.	Auguſtus.uel Augur.
A A.	Auguſti.
A A.	Auguſtalis.
A VR.	Aurelius.
A G.	Agit.
A C.	Actio.
A C M.	Actionem.
A M.	Amicus.
AM, N.	Amicus noſter.
A V T.	Authoritas.
A.	Aut.
A T.	Autem
A N, M.	Actionem mandat
A P.	Apud
A P P.	Appellat.
A C C.	Accepiat
A D I.	Adiutor
A D I. P.	Adiutor prouinciæ.uel patriæ.uel populi

AD.L.	Ad locum
AD.F.	Ad finem
AD.E.	Ad exactorem
AB.V.C.	Ab urbe condita
A.A.A.F.F.	Aere/argento/ auro flato ferundo.uel ſla uo feriundo.
A.L,E.	Arbitrium litis æſtimãdæ.uel liti æſtimãdæ
A.D,P.	Ante diem pridie
A.B.V.	A bono uiro
ABS.	Abſolutus
A.L.	Alia lex
AER.COL.	Aere collato
AER,	Aerarium
AVGG.	Auguſti
AM.P,	Amabilis perſona
A.O.	Alii omnes
AEQ.P.	Aequalis perſona
ARM.P.	Arma publica
A.TE.	A tergo
A.A.L.M.	Apud agrum locum monumenti
A.P.R.C,	Anno poſt Romam conditam
AEDIL.	Aedilis
AEDILL.	Aediles
AEDIL.CVR.	Aedilis curulis
AEDIL.PL.	Aedilis plebis
A.P.Q.	Aulus Publii Quinti
A.A.	Apud agrum.
APP.	Appius
AN. uel ANN	Annis
ANT.	Ante
A.N.	Ante noctem
A.X.	Annis decem
ANT.T.C.	Ante terminum conſtitutum
A.A.A.F.F.	Auri/argenti/aeris flati fabricæ.
ADP.uel ADOP.	Adoptiuus
ACVE.AVGG.	Acubiculo Auguſtorum
B	Bonus
BR.	Bonorum
B.F.	Bona fide.uel fortuna
BF.	Beneficium
B.F.C.	Bona fide contractum
B.M.	Bonæ memoriæ
B.M.	Bene merenti
B̄.	Balbius
B.L.	Bona lex
B.C.	Bonum conceſſum
B.D.	Bonum datum
B.GR.	Bona gratia
B.I.	Bonum iudicium

B.I.I.	Boni iudicis iudicium
B.A.	Bonam actionem
B.P.	Bona poſſeſſio nel Bonorum poſſeſſor
B.M.F.	Bene merenti fecit
B.M.P.	Bene merenti poſuit
B.N.	Bona noſtra
B.P.	Bonum publicum.uel Bona paterna
B.F.	Bene fecit
B.AV.	Bonis auſpiciis.uel Bonis auibus
B.V.	Bonus uir.uel Bene uixit
B.F.	Bona fœmina
B.R.P.N:	Bono Rei publicæ nato
B.Q.	Bona queſita
B.S.	Bene ſatiſfecit
B.T.	Bonorum tutor
BRT.	Britannicus
B.V.V.	Balnea/uina/uenus
B.F.P,	Bonæ fidei poſſeſſor
C	
C.	Ciaus
C.	Cum
C.S.	Conſulum ſententia
CL.	Claudius
CIPP.	Cippus
CM.	Comis
CN.	Cneus
COR.	Cornelius
CAES.	Cæſar.
CAES.A,	Cæſar Auguſtus
CR.	Contractum
C.CR.	Contrarium contractum
Ɔ.	Caia.uel Con.
ƆO.	Controuerſia
CC.	Circum
CA.	Cauſſa
C.M.	Cauſſa mortis
C.R.C.	Cuius rei cauſſa
C.R.C.P.	Cuius rei cauſſa promittis
COS.	Conſul
COSS.	Conſules
CS.	Conſiliarius
C.L.	Caii libertus
CON.	Conſularis
C.R.	Ciuis Romanus
COL.	Colonia.uel Coloni
COLL.	Collegæ
C.E.C.	Coloni eius coloniæ
CR.	Creucus
CN.ARR.	Cneus Arrius
C.C.	Conſilium cepit.uel ceſſet

C.C.	Cauſſa cognita
C.V.	Centum uirum
C.V.	Clariſſimi uiri
COM.OB.	Comitia obdriaca
C.B.	Commune bonum
C.C.C.	Cenſa ciuium capita
C.I.C.	Caius Iulius Cæſar
CEN.A.	Cenſoris arbitratu
COH.	Cohors
COS.DES.	Conſul deſignatus
COSS.DES.	Conſules deſignati
CA.	Camillus
C.F.	Caii filius
Ɔ.L.	Caiæ libertæ
ƆL.Ʞ.	Conlihertæ cariſſimæ
C.N.	Ciuis noſter
CVR.	Curionum.uel Curiarum
CENT.	Centuria
CENT.	Centuriones
CEN.P.	Cenſor perpetuus
C.L.	Caius libertus
ƆL.	Conlibertæ

D

DD.	Dedicauit
D.C.A.	Dedicauerunt
D.M.F.V.C.	Diuus Cæſar Auguſtus
D.	Dolo malo fraudis ue cauſſa
DEST.	Diuus
D.PP.	Deſtinato
D.P.	Deo perpetuo
D.Q.	Diuus Pius.uel Diis Penatibus
D.	Diiſq;
DE.D.	Deuotus.uel Decius
D.D.	Deo dicauit
D.D.	Dotis datio
D.D.	Diis dantibus
D.DD,	Dono dedit
D.G.	Dono dedere
D.N.M.Q.	Dedit gratis
D.H.	Deuoti numini maieſtatiq;
D.O.	Donauit heredibus.uel Dono habuit
D.P.	Deo optimo.uel Diis omnibus
DE.	Deo perpetuo
D.V,	Decius
DOT.	Deuotus uir.uel ueſtes
D.P.	Dotem
D.F.	Dotem petit
D.M.	Dotem fecit.uel Donum fecit
D.M.	Dolum malum.uel Dubium malum
	Domus mortui

D.M.	Diis manibus
D.M.S.	Diis manibus ſacrum
DT.	Duntaxat
DN.	Dominus
DNN.	Domini
DF.	Defunctus
DIL.	Dilectiſſimus
DVL.	Dulciſſimus
D.Q.R.	De qua re
D.Q.S.	De quo ſupra
D.C.S.	De conſulum ſententia
DIG.M.	Dignus memoria
D.PEC.R.	De pecuniis repetundis
D.T.S.P.	Diem tertium ſiue perendinum
D.V.	Diis uolentibus
D.L.S.	Diis Laribus ſacrum
DR	Druſus
DICT.	Dictator
DL.	Delego
D.N.	Domino noſtro
DO.NN.	Dominis noſtris
D.D.D.	Datus decreto decurionum. uel Dono decurio dedit.
D.M.AE.	Deo magno æterno
DIL.S.	Dilectiſſimus ſeruus
DEC.DEC.	Decem decani
DEC.DEC.	Decreto decurionum. uel Decem decuriones
D.D.D.	Dono/dedit/dicauit
D.L,	Dat laudes.uel Donauit locum
DES.	Deſignauit.uel deſignatus
D.D.L.M.	Dono dedit libero munere
D.C.	Diuus Cæſar
D.P.S.	Deo poſuit ſibi
D.L.D.P.	Diis locum dedit publice
DVC.DVC.	Ducum ductore
D.IM.S.	Diis immortalibus ſacrum
D.D.D.D.	Dignum Deo donum donauit.uel dicauit
D.V.	Deuotus ueſter
D.AVG.	Diuo Auguſto
DOMIC.COS.XIII. LVD.SAEC.F C.	Domicianus conſul.xiii.ludos ſæcu lares faciundum curauit

E

EE.	Eſt
ER.	Eſſe
E.M uel E⁹.M.	Erunt
E. uel E⁹.	Eiuſmodi
E. N.	Eius
	Etiam nunc

EG.	Eger
EP.	Epiſtola
EP.M.	Epiſtolam miſit
EQ.R.	Eques Romanus
EX.R.	Exactis regibus
EXCVR.	Excurſio
E.D.	Eius domus
E.H.	Eius heres
E.L.	Edita lex
EMP.	Emptor
EQ.P.	Equus publicus
EQ.OR.	Equeſtris ordinis
EOR.	Eorum
E.F.	Eius filius
EX.DO.AVG.	Ex dono Auguſti

F

	Filius
F.uel Ⅎ.	Filia
F.FA.	Filius familias
FS.	Fratres
FR.F.	Fratris filius
FOR.	Foris.uel foras
FOR.	Forte.uel Fortuna
FR.	Forum
FR.I.	Forum Iulium
FR.L.	Forum Liuium
FR.S.	Forum Sempronii
F.F.F.	Fortior Fortuna fato.uel Fortius Fortuna fatum
F.F.F.	Flauii filius fecit
FOR.RED.	Fortunæ reduci
FAC.	Facti
F.M.	Fati munus.uel Fieri mandauit
F.M.I.	Fati munus impleuit
F.C.	Fidei commiſſum.uel Fiduciæ cauſſa.uel Fraude creditoris
FF.	Fecerunt uel Fundauerunt.uel Fabricauerunt
FF.	Fabrefactum
F.E.D.	Factum eſſe dicitur
FR.	Fronte
FL.	Flauius
FLAM.	Flaminius
FAC.C.	Faciundum curauit
F.D.	Fides data
F.E.	Fides eius
F.I.	Fieri iuſſit
F.N.C.	Fidei noſtræ commiſit.uel commiſſum
F.N.	Fides noſtra
F.V.C.	Fraudis ue cauſſa

4

FABR.	Fabrum
FAB.	Fabius
F.H.	Filius hæres
G	Gaudium.uel Genus
GR.	Gratus uel Gerit
GG.	Geſſerunt
G.R.	Genus regium
GL.	Gloria
GL.P.	Gloria parentum.uel patriæ.uel populi
GL.E.R.	Gloria exercitus romani
G.S.	Genio ſacro.uel ſacrum
G.AVG.	Genio Auguſti
GL.N.L.	Gloria nominis latini
GER.	Germanicus
GERM·DAC.	Germanico/dacico
GL.R.	Gloria romanorum
GL.P.R.	Gloria populi romani
H	Honor
H.	Honeſtas
H.V.	Honeſtus uir
H.V.	Honeſta uita
H.M.	Honeſta mulier
H.F.	Honeſta fœmina
H.L.	Honeſto loco
H.L.N.	Honeſto loco natus
H.	Hæres.uel Hæredes
H̄.	Hora
H.B.	Hora bona
H.M.	Hora mala
H.P.	Hora peſſima.uel Honeſta perſona
H.S.	Hora ſecunda.uel Hæc ſit
H.H.uel HO.H.	Honeſtus homo
H.M.AD.H.N.TRAN.	Hoc monumentum ad hæredes nō tranſit
H.M.P.	Hoc monumentum poſuit.uel Hic memoriæ poſuit
H.R.	Honeſta ratio.uel Hic requieſcit
H.M.D.M.A.	Huic monumento dolus malus abeſt
H.P.	Hic poſuit.uel poſuerunt
H.I.	Hæreditario iure
H.F.	Hic fundat.uel fundauit
H.M.H.N.S.	Hoc monumentum hæredes non ſequitur
H.L.D.	Hunc locum dedit
HOS.	Hoſtis
H.S.S.	Hic ſepulti ſunt
H.S.E.	Hic ſitus eſt
H.L.	Hic locus
H.B.F.	Homo bonæ fidei
H.D.	Hic dedicauit

H.DD. Hic dedicauerunt
H.S.V.F.M. Hoc ſibi uiuens fieri mandauit
H.L.H.N.S. Hic locus hæredes non ſequitur

I In
I. Inter
I.D. Interdum
I.A. Interea
I.P. Intra prouinciam
I.L. Intra limitem
I.C. Intra circulum.uel Iulius Cæſar
I.T. Intra tempus.uel Iure teſtamenti
I.T.C. Intra tempus conſtitutum
IMP. Imperator
IMPP. Imperatores
I.D. In dimidio
I.D. Iuris dicendi.uel Iuri dicundo
I.P. In poſſeſſione.uel Ius Pontificum
I.L.S. In loco ſacro
I.L.R. In loco religioſo
I.S.S. Inferius ſcripta ſunt
I.L.D. In loco diuino
I.E. Iudex eſto
I.L.P. In loco publico
I.S. Iudicio Senatus.uel Iudicatum ſolui
I.S.C. In Senatus conſulto
I.P. Iuſtus poſſeſſor
I.F. uel I.FO. In foro
I.FO.C. In foro Cæſaris
I.F.P. In foro Pacis
I.F.TR. In foro Traiani
I.F.IV. In foro Iulii
I.F.POP. In foro Popili
I.F.B. In foro Boario
I.F.L. In foro Liuii
I.R. Iure rogauit.uel Iure romano
I.R. Iuribus Romanorum
I.FLAM. In foro Flaminii
I.F.P.R. In foro/pro roſtris
IIII.V. Quartum uir.uel Quatrium uiri
I.N.Q. Inuitis nuptiis quæſitum
I.D.P. Iuri dicundo præfuit.uel præerit
I.D.C. Iuris dicendi cauſſa
I.C.E.V. Iuſta cauſſa eſſe uidebitur
I.D. Inferis Diis
I.O.M. Ioui optimo maximo
IN.SN.R. In Senatu romano
IVD. Iudicium
I.H. Iuſtus homo
I.L. Iure legis.uel Iuſta lex

IN.FR.P.VI.	In fronte pedes ſex
IN.AG.P.X.	In agro ped.decem
IN.F.IN.A.V. L.P.X.	In fronte in agro uerſus longe ped.decem
IN.FR.P.VI. LAT.VII.	In fronte pedes ſex.latitudine ſeptem
K.uel.KL.	Kalendæ
K.IAN.	Kalendæ Ianuarii
K.Q.	Kalendæ Quintilis
K.S.	Kalendæ Sextilis
K.D.	Capite diminutus
K.C.	Capite cenſus
KAR.	Carthago
K.C.	Carthago ciuitas
K°.	Cardo
K.P.	Cardo poſitus
K.M.	Cardo maximus
K.F.	Cardo finalis
K.T.	Capite tonſus
K[a].	Caſtra
K.P.	Caſtra ponit
K.DD.	Caſtra dedicamus
K.	Cariſſima
L.	Lucius
L.T.	Lucius Tatius.uel Legem tulit
L.C.	Lucius Cornelius.uel Lege cauetur
L.M.	Lucius Morena
LC.S.	Lucrum ſacrum
LC.DIV.	Lucrum diuinum
L.D.	Locum deditum
L.EM.	Locus emptus
L.P.	Locus propitius.uel proprius
L.Q.S.	Locus qui ſupra
LA.C.	Latini coloni
L.S.	Laribus ſacrum
L.P.C.R.	Latini priſci ciues Romani
L.D.DD.	Locum diis dedicauit.uel dono dederunt
L.D.D.D.	Locus datus decreto decurionum
L.A.D.	Locus alteri datus
L.E.D.	Lege eius damnatus
L.M.	Locus monumento
L.P.	Lege punitus
L.R.	Lex romana
L.V.	Lex uetat
LG.D.	Legem dat.uel dedit
L.D.A.B.M.	Locum dedit Aulus bene merenti

L.AG.	Lex agraria
L.IV.	Lex iulia
L.VOC.	Lex uoconia
L.CIN.	Lex Cincia
LIB.	Libertus
L·L.	Lucii libertus
LEG.X.	Legio decima
L.PVB.	Loco publico
L.PR.	Loco priuato
L.H.	Locum hunc.uel Locus hæredum
L.F.	Lucii filius
L.D.	Locum dedit
L.P.D.	Locus publice datus
L.DIV.	Locus diuinus
L.SC.	Locus ſacer
LG.	Legauit
LVD.	Ludus
L.AP.	Ludi Apollinis
L.L.Q.F.	Lucius Luceius Quinti filius
L.L.L.	Lucii liberti locus
M	Marcus
MAX.	Maximus
MA.	Macuuius
MVN.	Municipia.uel Municeps
M.E.M.	Municeps eius municipii
MAG.EQ.	Magiſter equitum
MAG.	Magiſtratus
M.	Monumentum
MV.	Mutius
M.F.	Marci filius
M.L.	Marci libertus
M.N.	Meo nomine
MNF.L.	Manifeſtus locus
MS.	Menſes
M.S.P.	Memoriæ ſuæ poſuit
M.T.	Marcus Tullins
M.X.	Menſes decem
MIL. uel. M.	Miles
MM.	Milites
M.C.	Monumentum condidit.uel conſecrauit
M.MAN.	Marcus Manlius
M.I.	Maximo Ioui
M.H.	Magnus homo
MER.S.	Mercurio ſacrum
M.C.	Marcus Cenſor
M.N.	Millia numum
M.B.	Mulier bona
M.R.	Militiæ rauennatis
M.R.	Miles romanus

M.PA.	Marcus Pacuuius
M.POP.	Marcus popilius
M.AEM.	Marcus Aemilius
M.REG.	Militiæ Regienſium
N.	Nonius.uel Non
NEP.	Nepos
N.L.	Nominis latini.uel Non licet
N.K.C.	Non calumniæ cauſſa
NON.	Nonarum
N.	Numiſma.uel Numus.uel Noſtes
N.F.C.	Noſtræ fidei communium
N Q.	Nuſquam
N.H.	Natus homo
NOB.	Nobilis
NOBB.	Nobiles
N.F.N.	Nobili familia natus
NR.	Nero
N.CL. uel NR.CL.	Nero Claudius
N.G.	Nobili genere
N.MACR.	Nonius Macrinus
NEP.S. uel SAC.	Neptuno ſacrum
NAT.	Natalia
NAV.	Naues
NVP.	Nuptias
NATOR.	Natorum
NEPTVN.	Neptunalia
NEP.RED.	Neptuno reduci
NEG.	Negotiator
OP.	Opiter
O.	Optimo
O.P.F.	Optimo principi fecit
OP.	Oportet
OP.PRIN.	Optimo principi
OPP.	Oppidum
OR.	Ornato
O.	Ordo.uel Opinio
OB.CIV.SER.uel O.C.S.	Ob ciues ſeruatos
O.V.F.	Omnia uiuens fecit.uel Optimo uiuens fecit
OB.M.E.	Ob merita eius
OB.M.P.E.C.	Ob merita pietatis & concordiæ
OB.	Obiter
OR.M.	Ordo militum
ORB.PAR.	Orbati parentes
P.	Publius
POP.	Popilius.uel Populus

P.R.	Populus romanus
P.I.R.	Populum iure rogauit
P.S.	Poſuit ſibi
P S.	Plebiſcitum
PR.	Prætor
PR.R.	Prætores
PERT.	Pertinax
PLE.	Plebis
P.C. uel PP.C.	Patres conſcripti
P.C.	Pactum conuentum
P.C.	Pecunia conſtituta uel Patrono coloniæ
P.P.	Pater patriæ
P.P.P.	Primus pater patriæ
P.D.	Publice dedit
PEC.	Pecunia
P.K. uel PRI.KL.	Pridie Kalendas
P.Q.	Poſtq̃
PROV.	Prouincia
POB.	Poblicius
PRON.	Pronepos
PR.ID.	Pridie idus
PAL.	Palmatus
PR.S.	Prætoris ſententia
P.R.E.	Poſt reges exactos
PROC.	Proconſul
PONT.MAX.	Pontifex maximus
PR.VR.	Prætor urbanus
PROCOSS.	Proconſules
P.H.C.	Publicus honor curandus
PAR.	Parentum
P M.	Principi militum.uel Plus minus
P.	Pupillus
P V.	Pupilla
PR.PER.	Prætor peregrinus
PIENT.	Pientiſſimus
PRINC.IVVEN.	Principi iuuentutis
P.AEL.AVG.LIB.	Publius Aelius Augusti libertus
PRS.	Præſes
PRSS.	Præſides
PRS.P.	Præſes prouinciæ
PRAEF.VIGIL.	Præfectus uigilum
PRAEF.VRB.	Præfectus urbis
P.P.	Pater patratus
P.S.F.	Publice ſibi fecit
P.F.	Publii filius
P.F.	Pius felix
P.L.	Publii libertus
P.M.	Pontifex Maximus
PRAEF.PRAES.	Præfectus præſidii

PATR.	Patritius
P.S.F.C.	Publicæ ſaluti faciundum curauit. uel Publico/uel Proprio ſumptu faciundum curauit.
P.P.P.E. S.S.S. E.V.V.V.V.V. V.V.F.F.F.F.	Pater patriæ profectus eſt. Secum ſalus ſublata eſt. Venit uictor ualidus. uicit uires urbis ueſtræ ferro/fame/flã ma/frigore.
PLEBS.VRB. ET.HON.V.	Plebs urbana & honore uſi
Q	Quintus. uel Quintius
Q. uel Q V.	Quartus
Q.M.	Quomodo
Q.A.M.	Quemadmodum
Q.S.S.S.	Quæ ſupra ſcripta ſunt
Q.R.F.E.V.	Quod recte factum eſſe uidebitur
Q VAES.	Quæſtor
Q VAESS.	Quæſtores
Q.L.	Quinti libertus
Q.N.A.N.N.	Quando neq; ais neq; negas
Q.B.F.	Quare bonum factum
Q.E.R.E.	Quanti ea res erit
Q.F.	Quinti filius
Q.B.M.V.	Quæ bene mecum uixit
R	Roma
RO.	Romani
R.P.	Res publica
R.L.P.	Recte legi poſſit
R.F.E.D.	Recte factum eſſe dicetur
R.F.E.V.	Recte factum eſſe uidebitur
RET.P.	Retro pedum
RET.P.XX.	Retro pedes uiginti
RVR.	Rura
REG.	Regio
REI.M.	Rei militaris
R.C.	Romana ciuitas
R.R.	Rurum romanorum
R.REG.	Rurum regienſium
R.VER.	Rurum ueronenſium
R.R.	Ruderibus reiectis
RG.F.	Regis filius
R.D.	Regis domus
R.R.R.F.F.F.	Regnum Romæ ruet/ferro/flamma/fame
R.P.C.	Rei publicæ conſtituendæ
R.N.LON.P.X.	Retro non longe pedes decem
SP.	Spurius
SER.	Seruius. uel Sergius

SEX.	Sextus
S,C.	Senatus conſultum
S.D.	Sententiam dicit
SIL.	Silla
S.N.L.	Socii nominis latini
S.F,S.	Sine fraude ſua
S,T.A.	Sine tutoris authoritate
S.P,Q,R.	Senatus populuſq; romanus
S.M.P,E.	Sulmo mihi patria eſt
S,N,S,Q.	Si negat/ſacramento queritur.
S.S.C.	Secundum ſuam cauſſam
S,L,	Sacrorum ludorum
S.S.	Sacri ſcrinii
S.P,	Sacri palatii
ST,MIS.	Stipendio miſſus
S.P,D.	Salutem plurimam dicit
S,S.S.	Sancto Siluano ſacrum.
S.P.Q,S.C.P.S.	Sibi poſteriſq; ſuis curauit pecunia ſua
SCRI.SVL,P.	Scriba ſulmonenſis populi
S.C.F.E.	Senatus conſultum factum eſt
SS.	Sanctiſſimus
S.	Sacrum.uel Sacellum
SIC.V.	Sicuti uoluit
S.S.	Sententia Senatus
SEPT.	Septimius
SEV.	Seuerus
ST.P.	Studium poſuit
STD.	Stadium
T	Titus
TI.	Tiberius
TVLI	Tullius
T.A.	Titus Anius
T.A.	Tutore authore.uel Tutoris authoritate
TR.PL.	Tribunus plebis
TR M.	Tribunus militum
TR.AE.	Tribunus ærarii
TR.POT.	Tribunicia poteſtate
TR.CEL.	Tribunus Celerum
TR.V.MON.	Triumuiri monetales
TR.V.CAP.	Triumuiri capitales
T.F.	Titi filius
T.FL.	Titus Flauius
T.F.I.	Teſtamento fieri iuſſit
T.B.	Tempus bonum
TM.DD.	Terminum dedicauit.uel dedicauit,
TAB.	Tabulas
T.C.	Teſtamento cauetur
TAR.	Tarquinius
TER.	Terentius

TR,LEG.II,	Tribunus legionis ſecundæ.
TRANSPAD.	Trans padum. uel Tranſpadana.
TRANS.AM,	Trans amnem.
TVT.	Tutela.
TIB.D.F,M.	Tibi dulci filio meo.
T.V.	Titulo uſus
T,P.	Titulum poſuit.
V.R,	Vrbs Roma.
VRB.SAL.	Vrbs Saluia.
VAT.	Vates.
V.A,	Veterano aſſignatum.
V,F.	Vſus fructus.
V,F,	Vale feliciter.
V,P,	Vrbis præfectus.
V.F.	Vir fortis.
V.F,S,E,S,	Viuens fecit ſibi & ſuis.
V.F.	Viuens fecit.
V.B.A.	Viri boni arbitratu.
V,P.R.	Veteri poſſeſſori redditum.
V.PRAE.	Vir prætorius.
V.DICT,	Vir dictatorius.
V,VRB.	Vir urbanus.
VI,VIR.	Sextum uir.
V.S,L.M,	Viuens ſibi locum monumenti.uel. Votum ſoluo libero munere.
V,C.	Vir conſularis.uel clariſſimus.
V.A.XII.M,II. D.III,	Vixit annis duodecim menſibus duobus diebus tribus.
V.P.	Viuens poſuit.
V.P,	Vir prudens.uel probus.
V.D.	Viuus dedit.
V,S.	Viuens ſtatuit.
VAL,	Valerius.
V.B.F.	Vir bonæ fidei.
V.E.	Verum etiam.
V.I.	Vir iuſtus.
VRB,C.	Vrbis conditæ.
VIC.	Victores.
VIR,VE.	Virgo ueſtalis.
V,N,	Quinto nonas.
V.S.L,M.	Votum ſoluit lubens merito.
VX,	Vxor.
V.M,M.	Votum merito mineruæ.
X.V,	Decem uir.
X.P,	Decem pondo
✳	Denarius.

LEO . PAPA . X

VNIVERSIS Et ſingulis pñtes litteras inſpecturis Salutem et apoſtoli
cam benedictionem.Cum dilectus filius Iacobus Mazochius Romanæ
Academiæ bibliopola accuratiſſimus nuper Epitaphia antiqua opti/
mis characteribus diligentiſſime impreſſerit,Nos eundem iacobum/ut pote de
antiquitatibus/ ob tam laudabilem emendatiſſimamq; impreſſionem / optime
meritū/ ſpeciali dilectiōis prærogatiua præcipuoq; fauore et priuilegio proſequi
uolētes/omnibus et ſingulis extra nr̄as et Sãctæ Romanæ Eccleſiæ terras et loca
exiſtētibus / ſub excōmunicationis latæ ſentētiæ/quam ferimus in his ſcriptis/ de
gentibus uero in eiſdem terris et locis ſub indignatōis nr̄æ ac amiſſionis libro℞
et centum ducatorum auri de Camera/Cameræ apoſtolicæ applicandorum pœ
nis harum ſerie authoritate apoſtolica inhibemus/ne opera huiuſmodi per dictū
Iacobum/ut præfertur/impreſſa et in poſterum imprimēda uſq; ad ſeptē annos a
data præſentium quoad opera hactenus impreſſa/quo autē ad imprimēda a die
impreſſionis eorundem computãdos / ſimilibus aut aliis maioribus characteri
bus excudere uel imprimere/aut excudi uel imprimi facere/ſeu ab aliis excuſſos
uel impreſſos emere aut uendere ullatenus audeant uel præſumant.Secus ſi fece
rint,prædictas pœnas ſe irremiſſibiliter incurriſſe nouerint.Mandantes in uirtute
ſanctæ obedientiæ omnibus et ſingulis officialibus terrarum et locorum præ/
dictorum quatenus præſentem noſtram gratiam cōceſſionem et priuilegiū atq;
inhibitionem ad unguem omnino obſeruent/faciantq; ab aliis inuiolabiliter ob/
ſeruari.In cōtrarium facientibus nō obſtantibus quibuſcunq;.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum,ſub annulo Piſcatoris,die ultima No/
uembris.M.D.XVII. Pontific. noſtri Anno Quinto.

NE. TE. PIGEAT. BONE. LECTOR. PRIMVM
QVAE. IN. PARTE. OPERIS. POSTREMA
MONENTVR. COGNOSCERE. ATQ.
IGNOSCERE


CAPVT PRIMVM DE PORTIS.

In Porta quæ ab antiquis dicebatur Exquilina, Taurina, Tyburtina: nunc dicitur. S. Laurentii.

IMP. CAES. DIVI IVLI. F. AVG. PONT. MAX. COS. XII. TRIBVNIC. POT. XIX. IMP. XIIII. RIVOS AQVARVM OMNIVM. REFECIT.

IMP. CAES. AVRELIVS ANT. PIVS FELIX. AVG. PARTHIC. MAX. BRITANIC. MAX. PONT. MAX. AQVAM MARTIAM. VARIIS. KSIBVS. IMPEDITAM PVRGATO FONTE, EXCISIS, ET PERFORATIS MONTIBVS RESTITVTA FORMA, ADQVISITO ETIAM FONTE NOVO ANT PII AVG. IN SACRAM. VRBEM SVAM PERDVCENDAM CVRAVIT.

IMP. T. CAESAR DIVI. F. VESPASIANVS AVG. PONT. MAX. TRIBVNITIAE POT. XI. IMP. XV. CENS. CONS. VII. DESIGNATVS. II. RIVOM AQVAE MARTIAE VETVSTATE DILAPSVM REFECIT, ET AQVAM QVAE IN VSV ESSE DESIERAT REDVXIT.



ℭ In Porta Maiore quæ prius dicebatur Neuia & Labicana.

TI. CLAVDIVS DRVSI. F. CAESAR AVGVSTVS GERMANICVS PONTIF. MAX. TRIBVNICIA POTESTATE . XII. COS. V. IMP. XXVII. PATER PATRIAE AQVAS CLADIAM EX FONTIBVS QVI VOCABANTVR CERVLEVS ET CVRTIVS A MILIARIO. XXXXVII. ITEM ANIENEM NOVAM A MILIARIO. LXII. SVA IMPENSA IN VRBEM REDVCENDAS CVRAVIT.

ℭ Ibidem.

IMPERATOR CAES. VESPASIANVS AVG. PONTI. MAX. TRIB. POT. IMP. VI. COS. III. DESIG. IIII. P. P. AQVAS CVRTIAM, ET CERVLEAM PERDVCTAS A DIVO CLAVDIO ET POSTEA INTERMISSAS DILAPSASQVE PER ANNOS NOVEM SVA IMPENSA VRBI RESTITVIT.

ℭ Ibidem.

IMP. CAES. DIVI. F. VESPASIANVS AVGVSTVS PONT. MAX. TRIBVNIC. POT. IMP. XVII. PATER PATRIAE CENSOR COS. VIII. AQVAM CLAVDIAM ET ANIENEM PERDVCTAS A DIVO CLAVDIO, ET POSTEA A DIVO VESPASIANO PATRE SVO VRBI RESTITVTAS CVM CAPITE AQVARVM A SOLO VETVSTATE DILAPSAE ESSENT NOVA FORMA REDVCENDAS SVA IMPENSA CVRAVIT.

ℭ In Porta Portuenſi.

IMPP. CAESS. D. D. N. N. INVICTISSIMIS PRINCIPIBVS ARCADIO ET HONORIO VICTORIBVS, AC TRIVMPHATORIBVS SEMPER AVGG. OB INSTAVRATOS VRBI AETERNAE MVROS, PORTAS, AC TVRRES EGESTIS IMMENSIS RVDERIBVS EX SVBGESTIONIBVS. V. C. ET ILLVSTRIS MILITIS ET MAGISTRI VTRIVSQVE MILITIAE AD PERPETVITATEM NOMINIS EORVM SIMVLACRA CONSTITVIT. CVRANTE D. N. M. Q. EORVM

¶ CAPVT .II. DE PONTIBVS.

¶ In Ponte. S. Mariæ qui prius dicebatur Senatorius ſiue Palatinus.

NVMINI DEORVM AVG. IOVI OPT. MAX. AEDEM VOTO SVSCEPTO
. Q . LEPIDVS . M . F . M . CVIVS . M . F . COS . III . S . P . Q . R .
IMP . CAESAR DIVI TRAIANI PARTHICI DIVI NERVAE NEPOTI
TRAIANO HADRIANO AVG. PONT. MAX. TRIB. POT . II . COS . II.
QVOVIS OMNIVM PRINCIPVM ET SOLVS REMITTENDO SE-
XTERTIVM NOVIES MILLIES CENTENA MILLIA ENIM DEBITVM
FISCI PTES EIVS SVAQ. ET POSTEROS SVOS PRESTITIT HAC LI-
BERTATE SECVROS IVLIA AVG. MATER AVGG. ET CASTRORVM
MATRONIS RESTITVIT SABINA AVGVSTA
MATRONIS.



¶ In eodem Ponte . S. Mariæ.

DIVVS AVG. PONT. MAX. EX. S. C. REFECIT.

¶ Pons Fabrítius ab antiquis dictus: hodie dicitur Pons Quatuor Capitum.

L. FABRICIVS . C . F . CVR. VIAR.
FACIVNDVM COERAVIT add. IDEMQVE PROBAVIT
Q. LEPI. M. F. M. LOLLIVS. M. F. COS. PROBAVERVNT. COS. S. C.

¶ In Ponte . S. Bartholomei qui aueteribus dicebatur Ceſtius in inſula Tyberina.

DOMINI NOSTRI IMPERATORES CAESARES.
FL. VALENTIANVS PIVS FELIX MAXIMVS VICTOR AC TRIVMF. SEMPER AVG. PONTIF. MAXIMVS. GERMANIC. MAX. ALAMANN. MAX. FRANC. MAX. GOTH. MAX. TRIB. POT. VII. IMP. VI. COS. II. P. P. P. II. ET FL. VALENS. PIVS FELIX MAXIMVS VICTOR AC TRIVMF. SEMPER AVG. PONTIF. MAX. GERMANIC. MAX. ALAMANN. MAX. FRANC. MAX. GOTHIC. MAX. TRIB. POT. VII. IMP. VI. COS. II. P. P. P. ET FL. GRATIANVS PIVS FELIX MAX. VICTOR AC TRIVMF. SEMPER AVG. PONTIF. MAX. GERMANIC. MAX. ALAMANN. MAX. FRANC. MAX. GOTHIC. MAX. TRIB. POT. III. IMP. II. CONS. PRIMVM. P. P. P. PONTE FELICIS NOMINIS GRATIANI IN VSVM SENATVS AC POPVLI ROM. CONSTITVI DEDICARIQ. IVSSERVNT.

¶ Ibidem.

hoc nõ est vetus nec Latinum

BENEDICTVS ALMÆ VRBIS SVMMVS SENATOR RESTAVRAVIT HVNC PONTEM FERE DIRVPTVM.

¶ In Ponte Aurelio ſiue Ianiclenſi qui nunc dicitur Xyſtus.

IMP. CAES. DIVI TRAIANI PARTHICI DIVI NERVAE NEPOTIS TRAIANI, ET HADRIANI AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. IMP. IIII. COS. III. DERESIVS RVSTICVS CVRATOR VALETRIARVM TYBERIS ET CLOACARVM VRBIS . R . R . RESTITVIT SECVNDVM PRAESIDENT. TERMINATIONEM PROXIMAM . CC. P. P. C. II.

¶ In capite eiuſdem

EX AVCTORITATE IMP. CAES. DIVI NERVAE FILII NERVAE TRAIANI AVG. GERMANICI DATI. PARDOITII, NONCI. TRIB. POT. VIV. ET COS. V. P . P .

¶ Nunc autem non extant ea uerba nec marmor.

¶ Prope Pontē Helium qui nunc dicitur Caſtelli.

EX AVCTORITATE IMP. CAES. VESPASIANI AVG. P . M . TRIB. POT. IIII. IMP. X. P. P. COS. IIII. V. CENSOR CAIVS CALPETANVS RANTIVS QVIRINALIS VALERIVS CESTVS CVRATOR RIPARVM ET ALVEI TYBERIS TERMINAVIT. R. R. PROX. CL. P. P. CLXXIIII.

¶ Ibidem.

S. P. Q. R. EX TEXTAMENTO OPVS ABSOLVTVM DIEBVS CCCV. ARBITRATV. S. C. L. FABRICIVS CVR. VIAR. FACIVNDVM CVRAVIT.

¶ In Ponte Salario ſuper Anienem.

IMPERANTE DOMINO NOSTRO PIISSIMO, AC TRIVMPHALI SEMPER IVSTINIANO PIISSIMO AVGVSTO ANNIS. XXVIIII. NARSES GLORIOSISSIMVS EX PROPOSITO SACRI PALATII EX COS. ATQ. PATRITIVS POST VICTORIAM PARTHICAM IPSIS EORVM REGIBVS CELERITATE MIRABILI CONFLICTV PVBLICO SVPERATIS, ATQ. PROSTRATIS LIBERTATE VRBIS ROMAE, AC TOTIVS ITALIAE RESTITVTA: PONTEM VIAE SALARIAE VSQ. AD AQVAM A NEFANDISSIMO TOTILLA TYRANNO DEXTRVCTVM PVRGATO FLVMINIS ALVEO IN MELIOREM STATVM QVAM QVONDAM FVERAT RENOVAVIT POSVITQ. CARMINA.

¶ Ibidem.

✠ QVAM BENE CVRVATI DIRECTA EST SEMITA PONTIS
ATQVE INTERRVPTVM CONTINVATVR ITER
MIRAMVR RAPIDAS SVBIECTI GVRGITIS VNDAS
ET LVBET IRATAE CERNERE MVRMVR AQVAE
ITE IGITVR FACILES PER GAVDIA VESTRA QVIRITES
ET NARSIN RESONANS PLAVSVS VBIQVE CANAT
QVI POTVIT RIGIDAS GOTHORVM SVBDERE MENTES
HIC DOCVIT DVRVM FLVMINA FERRE IVGVM

CALCAMVS

¶ In Ponte Lucano inter Vrbem & uiam Tyburtinam.

Vide inferius fol. 175.


Hoc epigramma removendu est habetur enim inf. fol. 174.

TI. PLANTIO. M. FANI SILVANO AELIANO PONTIF. SODALI AVG. .III. VIR. A. A. A. F. F. Q. TI. CAESARIS LEGAT. V. IN GERMANIA PR. VRB. LEGAT. ET COMITI CLAVDII CAESARIS IN BRITANNIA CONSVLI PR. COS. ASIAE LEGAT. PRAET. MOESIAE IN QVA PLVRA QVAM CENTVM MIL. TRANSDANVBIORVM AD PRAESTANDA TRIBVTA CVM CONIVGIBVS, AC LIBERIS ET PRINCIPIB. AVT REGIBVS SVIS TRANSDVXIT. MOTVM ORIENTEM SARMATAR. COMPRESSIT QVAMVIS PARTE MAGNA EXERCITVS AD EXPEDITIONEM INARMENIAM MISISSET IGNOTOS ANTE AVT INFENSOS. P. R. REGES SIGNA ROMANA ADORATVROS AVT HOSTIBVS RECEPTOS REMISIT AB ALIQVIS EORVM OBSIDES ACCEPIT, PER QVEM PACEM PROVINCIAE, ET CONFIRMAVIT ET PROTVLIT SCYTARVM QVOQ. REGEM ACHERONENSI QVAE EST VLTRA BORVSTENEN OBSIDIONE SVBMOTA PRIMVS EX EA PROVINCIA MAGNO TRITICI MODO ANNONA. P. R. ADLEVIAVIT HVNC LEGATVM IN STRINIAM PRAEFECT. VRBIS REMISSVM SENATVS IN PRAEFECTVRA TRIVMPHALIBVS ORNAMENTIS HONORAVIT AVTHORE IMPERATORE CAESARE AVGVSTO VESPASIANO VERBIS EXORNATIONE EIVS. Q. I. S. S. MOESIAE ITA PRAEFVIT VT NON DEBVERIT IN ME DIFFERRI HONOR TRIVMPHALIVM EIVS ORNAMENTORVM NISI QVOD LATIOR EI CONTIGIT MORA TITVLVS PRAEFCTO VRBIS.
IMP. CAES. AVG. VESPASIANVS ITERVM COS. FECIT.

CAPVT .III. DE ARCVBVS.


In Arcu Conſtantini qui nunc dicitur Traſi.

IMP. CAES. FL. CONSTANTINO MAX. P. F. AVGVSTO .S.P.Q.R. QVOD INSTINCTV DIVINITATIS MENTIS MAGNITVDINE CVM EXERCITV SVO TAM DE TYRANNO, QVAM DE OMNI EIVS FACTIONE VNO TEMPORE IVSTIS REM PVBLICAM VLTVS EST ARMIS ARCVM TRIVMPHIS INSIGNEM DICAVIT.



In Arcu Septimii ſub Capitolio.

IMP. CAES. LVCIO SEPTIMIO.M.FIL.SEVERO, PIO, PERTINACI AVG.
PATRI PATRIAE PARTHICO ARABICO, ET PARTHICO ADIABENICO
PONTIF. MAX. TRIBVNIC. POTEST. XI. IMP. XI. COS. III. PRO-
COS. ET IMP. CAES. M. AVRELIO. L. FIL. ANTONINO AVG.
PIO FELICI TRIBVNIC. POTEST. VI. COS. PROCOS. P. P.
OPTIMIS, FORTISSIMISQVE PRINCIPIBVS
OB REM PVBLICAM RESTITVTAM IMPERIVMQ. POPVLI ROMANI
PROPAGATVM INSIGNIBVS VIRTVTIBVS EORVM DOMI FORISQ.
S. P. Q. R.



¶ In Arcu Titi Veſpaſiani apud eccleſiam .S. Mariæ Nouæ.

SENATVS
POPVLVSQVE ROMANVS.
DIVO TITO DIVI VESPASIANI.F.
VESPASIANO AVGVSTO.

¶ In Arcu Boario prope .S. Georgium.

IMP. CAES. L. SEPTIMIO SEVERO PIO PERTINACI AVG. ARABIC. ADIABENIC. PARTH. MAX. FORTISSIMO FELICISSIMO PONTIF. MAX. TRIB. POTEST. XII. IMP. XI. COS. III. PATRI PATRIAE ET IMP. CAES. M. AVRELIO ANTONINO PIO FELICI AVG. TRIB. POTEST. VII. COS. III. P. P. PROCOS. FORTISSIMO FELICISSIMOQVE PRINCIPI ET
IVLIAE AVG. MATRI AVG. N. ET CASTRORVM ET SENATVS ET PATRIAE. ET IMP. CAES. M. AVRELI ANTONINI PII FELICIS. AVG. PARTHICI MAXIMI BRITTANNICI MAXIMI.
ARGENTARI ET NEGOTIANTES BOARI HVIVS LOCI CVI LXI. VEHENT, DE VOTI NVMINI EORVM.

HVIVS. LOCI. QVI. INVEHENT.

¶ In Arcu qui erat apud Eccleſiam .S. Mariæ in Schola Græca inter Auentinum & Tyberim.

P. LENTVLVS. C. N. F. SCIPIO. T. QVINTVS CRISPINVS VALERIANVS COS. R. S. C. FACIVNDVM CVRAVERE IIDEMQ. COMPROBAVERE.

DE ARCVBVS

¶ In Arcu Aquęductus prope Hoſpitale .S. Thomæ in Celio Monte.

P . CORNELIVS . P . F . DOLABELLA . COS .
C. IVNIVS .C.F. SILANVS FLAMEN. MARTIAL.
E X . S . C .
FACIVNDVM CVRAVERVNT EIDEMQVE PROBAVERVNT.

¶ In Arcu Galieni prope .S. Vitum in Macello.

GALIENO CLEMENTISSIMO PRINCIPI CVIVS INVICTA VIRTVS SOLA PIETATE SVPERATA EST. M . AVRELIVS VICTOR DEDICATISSIMVS NVMINI MAIESTATIQVE EIVS EORVM

addedū ET. SALONINAE. SANCTISSIMAE . AVG .

¶ In Arcu . C . Marii : nunc uero non extat.

PR . TR . PL . Q . AVGVR . TR . MIL . EX SORTEM BELLVM CVM IVGVRTHA REGE NVMID . VEL PROCOS . GESSIT EVM COEPIT ET TRIVMPHANS IN IOVIS AVTEM SECVNDO CONSVLATV ANTE CVRRVM SVVM DVCI IVSSIT . III . CONSVL APSENS CREATVS EST . IIII . TEVTONORVM EXERCITVM DELEVIT . V . CONSVL CIMBROS FVGAVIT EX IEIS ET TEVTONIS ITERVM TRIVMPHAVIT REMP . TVRBATAM SEDITIONIBVS, ET TR . PL . ET PRAETOR, QVI ARMATI CAPITOLIVM OCCVPAVERANT . VI . COS . VINDICAVIT POST . LXX . ANNVM PATRIA PER ARMA CIVILIA PVLSVS ARMIS RESTITVTVS . VII . COS . FACTVS EST DE MANVBIIS CIMBRICIS, ET TEVTONICIS AEDEM HONORI, ET VIRTVTI VICTOR VESTE TRIVMPHALI CALCEIS PVNICEIS.

¶ In antiquo Arcu haud longe a ponte Caſtelli: qui nunc non extat.

IMPPP. CAESSS. D. D. D. N. N. N. CRATIANVS VALENTINIANVS ET THEODOSIVS PII FELICES ET SEMPER AVGGG. ARCVM AD CONCLVDENDVM OPVS OMNE PORTICVVM MAXIMARVM AETERNI NOMINIS SVI PECVNIA PROPRIA FIERI ORNARIQVE IVSSERVNT.

¶ In Arcu quodam qui nunc non extat.

IMPPP. CLEMENTISSIMIS FELICISSIMIS ET TOTO ORBE VICTORIBVS. D. D. D. N. N. N. S. ARCADIO ET HONORIO ET THEODOSIO AVGGG. AD PERENNE IVDICIVM TRIVMPHORVM: QVI GETARVM NATIONEM IN OMNE AEVVM DOCVERE EXTINGVI ARCVM SIMVLACRIS EORVM TROPOEIS QVE DECORAT, ET TOTIVS OPERIS SPLENDORE PERFEC.

. S . P . Q . R .

¶ Sybilla ſcalpi iuſſit has litteras in Arcu quodam Romæ.


. P . P . P . E . S . S . S . E . V . V . V . V .
. V . V . V . F . F . F . F .

¶ Quorum interpretatio hæc eſt.

Pater patriæ profeſſus eſt ſecum ſalus ſublata eſt / uenit uictor ualidus uicit uires urbis ueſtræ ferro fame flamma frigore.

ℭ CAPVT. IIII. DE TEMPLIS.

In corona porticus ℭ ~~In frontiſpicio~~, S. Marię Rotundę: quod Templum ab antiquis dicebatur Pantheon.



¶ In eodem frontiſpicio Sanctę Mariæ Rotundæ. Induabus epiſtiliis ſcriptis

IMP. CAES. L. SEPTIMIVS SEVERVS PIVS PERTINAX. ARABICVS. ADIABENICVS.
PARTHIC. MAX. PONT. TRIB. POT. XI COS. III. P. P. PROCOS. ET
IMP. CAES. M. AVRELIVS ANTONINVS FELIX AVG. TRIB. POT.
. V. COS. PROCOS. PANTHEON VETVSTATE CORRVPTVM CVM
OMNI CVLTV RESTITVERVNT.

¶ Breuiarium Geſtorum. Cn. Pompei magni: ab oriente in antiquo Mineruę delubro: quod ipſe ex manubiis condidit.

P. VRB. RO. S. P. Q. R. CN. POMPEIVS MAGNVS IMP.
BELLO. XXX. AN. CONFECTO FVSIS FVGATIS OCCISIS IN DEDI-
TIONEM ACCEPTIS HOMINVM CENTIES VICIES SEMEL. LXXXIII.
DEPRESSIS AVT CAPTIS NAVIBVS. DCCCXLVI. OPPIDIS CA-
STELLIS. M. D. XXXVIII. IN FIDEM ACCEPTIS TERRIS A MEO
TI AD RVBRVM MARE SVBACTIS CVM ORAM MARITIMAM PRE
DONIBVS LIBERASSET ET IMPERIVM MARIS PO. RO. RESTITVIS
SET: ET ASIA PONTO ARMENIA PAPHLAGONIA CAPPADOCIA CILI
CIA SYRIA SCYTHIS IVDAEIS ALBANIS IBERIA INSVLA CRETA
BASTERNIS ET SVPER HAEC DE REGIBVS MITRIDATE ATQVE
TIGRANE TRIVMPHAVIT.

Idem fere ſcribit Pli. Li. vii. Nat. Hiſto.

¶ In Templo antiquiſſimo Fortunæ Praeneſte

TV QVAE TARPEIO COLORIS VICINA TONANTI
VOTORVM VINDEX SEMPER FORTVNA MEORVM
ACCIPE QVAE PIETAS PONIT TIBI DONA MERENTI
EFFIGIEM NOSTRI CONSERVATVRA PARENTIS
CVIVS NE TACEAT MEMORANDVM LITTERA NOMEN
CAESIVS HIC/IDEMQ. TITIVS PRIMVSQ. VOCATVR
QVI LARGE CERERIS MESSES: FRVCTVSQ. RENATOS
DIRIGIT IN PRETIVM: CVI CONSTAT FAMA: FIDESQ.

ET QVI DIVITIAS VINCIT PVDOR: IRE PERILLOS
CONSVETVS PORTVS: CVRA: STVDIOQ. LABORIS
LITTORA/QVI PRAESTANT FESSIS TVTISSIMA NAVTIS
NOTVS IN VRBE SACRA: NOTVS QVOQ. FINIBVS ILLIS
QVOS VMBER SVLCARE SOLET: QVOS TVSCVS ARATOR
OMNIBVS HINC ANNIS VOTORVM MORE SVORVM
CONTENTAS ADIICIT NVMERO CRESCENTE CORONAS
FORTVNAE SIMVLACRA COLENS ET APOLLINIS ARAS
ARCANVMQVE IOVEM/QVORVM CONSENTIT IN ILLO
MAIESTAS LONGAE PROMITTENS TEMPORA VITAE.
ACCIPE POSTERITAS QVOD PER TVA SAECVLA NARRES
TAVRINVS CARI IVSSVS PIETATE PARENTIS
HOC POSVIT DONVM: QVOD NEC SENTENTIA MORTIS
VINCERE: NEC POTERIT FATORVM SVMMA POTESTAS
SED POPVLI SALVO SEMPER RVMORE MANEBIT.

¶ In Templo Herculis.

HERCVLLI INVICTO. M. CASSIVS HORTENSIVS PAVLINVS PR. VR. XV. VIR SACRIS FACIVNDIS DONVM DEDIT.

HERCVLI INVICTO. M. IVN. CESONIVS NICOMACHVS ANICIVS FAVSTVS PAVLINVS CN. PR.

¶ In Capitolio.

Herculi Sac.

ALCIDAE SACRI GENERIS DECVS HOC TIBI PRAETOR: ET IOVIS ANTISTES DEDICO PERPETVVS:

¶ Ibidem.

TE PRECOR ALCIDE SACRIS INVICTE PERICLIS:
RITE TVIS LAETVS DONA FERENS MERITIS.

HAEC TIBI DONA POTEST TENVIS PERFERRE CAMOENA:
NAM GRATES DIGNAS TV POTES EFFICERE.
SVME LIBENS SIMVLACRA TVIS: QVAE MVNERA COELO
ARIS VRBANIS DEDICAT IPSE SACRIS.

Item in Templo Herculis.

PRO SALVTE.D.D.N.N.AVGG.HERCVLEM GENIO CENTVRIAE: ET VOTO POSVIT.L.DOMITIVS VALERIANVS DOMO KAPITOLIA, DE STIP.XVIII.MIL CON.X.PR.VR.FL. CARALITANI LECTVS IN PRAETORIO.D.D.N.N.EX LEGE.VI.FER.FC.MISSVS HONESTA MISSIONE.VII.IDVS IANVAR.D.D.N.N.IMP ANTONINO PIO AVG.III.ET GETA NOBILISSIMO CAES.II.COS.

Ibidem.

PRO SALVTE.D.D.IMP.PII FEL.AVG.ET MATRI AVG.N.ET KASTOR AEDEM GENIO COELI ARIANTI MANIPVLI EIVS SVA PECVNIA FECERVNT.

In Templo antiquo: S. Martinæ prope Marſorium.

SALVS DOMINIS NOSTRIS HONORIO ET THEODOSIO VICTORIOSISSIMIS PRINCIPIBVS SECRETARIVM AMPLISSIMI SENATVS QVOD VIR ILLVSTRIS FLAVIANVS INSTITVERAT: ET FATALIS IGNIS ABSVMPSIT FLAVIVS ANIVS EVCARIVS EPIPHANIVS.V.C. PRAEF. VRB. VICE SACRA IVD. REPARAVIT ET AD PRISTINAM FACIEM REDVXIT.

CAPVT. V. DE FORIS.

In Foro Traiani:

ANNIO PAVLINO IVN. C. R. PROCOS. ASIAE ET HELLESPONTI COS. ORDINARIO PREFEC. VRBI VICE SACRA IVDICANTI OB MERITVM NOBILITATIS ELOQVII IVSTITIAE ATQVE CENSVRAE QVI PRIVATIM ET PVBLICE CLARVS EST PETITV PO. RO. TESTIMONIO SENATVS IVDICIO. D. D. N. N. TRIVMPHATORVM AVGG. CAESARVMQ. STATVAM SECVNDAM AVRO PERFVSAM LOCARI SVMPTV PVBLICO PLACVIT.

In eodem Foro fuit Epitaphium: quod nunc eſt in domo Pomponii Læti in monte Caballo.

CL. CLAVDIANI. V. C. CL. CLAVDIANO. V. C. TRIBVNO ET NOTARIO INTER CAETERAS INGENTES ARTES PRAEGLORIOSISSIMO POETARVM LICET AD MEMORIAM SEMPITERNAM CARMINA AB EODEM SCRIPTA SVFFICIANT AD EVM TESTIMONII GRATIA OB IVDICII SVI FIDEM. D. D. N. N. ARCHADIVS ET HONORIVS FELICISSIMI AC DOCTISSIMI IMPERATORES SENATV PETENTE STATVAM IN FORO DIVI TRAIANI ERIGI COLLOCARIQVE IVSSERVNT.

ειν ενι βιργιλιω νοον και μουσαν ομηρου
κλαυδιανον ρωμη και βασιλησ εθεσαν.

¶ In eodem Foro.

VIRGINI VICTRICI SANCTAE DEÆ NEMESI. M.
AVRELIVS ROMANVS OPTIO KARC. CHOR.
.XII. VRB. GORDIANAE. D. D.
DED. KAL. IAN.

¶ In eodem Foro.


Sub columna Traiani

. S . P . Q . R .

IMP. CAESARI DIVI TRAIANI PARTHICI. F. DIVI NERVAE NEP.
TRAIANO HADRIANO AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. II. QVO-
VIS OMNIVM PRINCIPVM ET SOLVS RETINENDO HS. NOVIES
MILIES CENTENA MILIA. N. DEBITVM FISCI NON PRESENTES
EIVS SVORVM. R. POSTEROS SVOS PRESTITIT HAC LIBERALITA-
TE SECVRES. IVLIA AVG. MATER AVG. ET CASTRORVM MA-
TRONIS RESTITVIT. SABINA AVG. MATRONIS.
VESPASIANO AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. IIII. IMP. XVII. P. P.
COS. VIII. DES. IX. CENSORI CONSERVATORI AEDIVM SACRA-
RVM SODALES TITII.

DE COLVMNIS

¶CAPVT .VI. DE COL. PYRAMIDIBVS ET OBELISCIS.



¶ In Baſe coclidis ſeu Columnæ in Foro Traiano

.S.P.Q.R.

IMP. CAESARI DIVI NERVAE. F. NERVAE TRAIANO AVG. GERMANIC. DACICO PONT. MAX. TRIB. POT. XVII. COS. VI. P. P. AD DECLARANDVM QVANTAE ALTITVDINIS MONS, ET LOCVS SIT EGESTVS.

IMT. VI.

TAN IBVS fortaſſe tātis mobibus aut tantis viribus ſit egeſtus reponēdum

¶ Similis ē altera Columna Antonini Pii in Regione Columnæ.

¶ Erat in Foro Columna altiſſima ĩ qua ſcriptum erat in honore Iulii Cę ſaris.

PATER PATRIAE

¶ Eſt in Ara Cęli Columna prope aquam benedictam in qua ſculptum eſt.


A CVBICVLO AVGVSTORVM.

ℂ In Pyramide iuſta portam . S . Pauli .

C . CESTIVS . L . F . POB . EPVLO PR . TR . PL .
. VII . VIR EPVLONVM .


ℂ Sunt infra in eadem meta littere mi nores :

OPVS ABSOLVTVM EX
TESTAMENTO DIE
BVS . CCCXXX .
ARBITRATV .



ℂ Ab alia parte metæ .

PONTI . PF . CLAMELLE
HEREDIS ET POB . EPV
LONIS . C . CESTIVS
. L . F . POB . EPVLO .
PR . PONTI . L .
PONTIFICIS . P . F
PII . F . FELICIS TR .
PL . VII . VIR EPV
LONVM .



¶ In Obeliſco qui nunc dicitur Iulia. S. Petri in Vaticano

DIVO CAESARI
DIVI IVLII. F.
AVGVSTO
TI. CÆSARI DI
VI AVGVSTI. F.
AVGVSTO
SACRVM

¶ In alia parte

DIVO CÆSARI
DIVI IVLII. F.
AVGVSTO
TI. CAESARI DI
VI AVGVSTI. F.
AVGVSTO
SACRVM

In Baſe Obeliſci Campi Martii : qui eſt prope Aedes . R : . D : Car . de Craſſis :


CAESAR DIVI . I . L : AVGVSTVS
PONTIFEX . MAXIMVS . IMP .
. XII . COS . XI . TRIB . POT .
. XIV . AEGVPTO IN POTESTATEM
POPVLI
ROMANI REDACT .
SOLI DONVM DEDIT.

CAPVT . VII . DE AQVÆDVCTIBVS.

In Aquæ ductu Aquæ Claudiæ in Cœlio monte : iuxta Hoſpitale Lateranenſe.

IMP . CAES . DIVI . M . ANTONINI PII GERM . SARM . F . DIVI COMMODI FRATER DIVI ANTONINI NEP . DIVI HADRIANI PRONEP. DIVI TRAIANI PARTHIC . PRONEP . DIVI NERVAE ADNEP . L . SEPTIMIVS SEVERVS PIVS PERTINAX AVG . ARABIC . ADIABENIC. PARTHIC . MAX . TRIB . POT . VIII . IMP . XI . COS . II . PROCOS . ET IMP. . L . SEPTIMII SEVERI PII PERTINACIS AVG . ARABIC . ADIABENIC . PARTIHC . MAX . F . DIVI . M . ANTONINI PII GERM . SARM . NEP . DIVI TRAIANI PARTHIC . ET DIVI NERVAE ABNEP . M . ANTONINI PRONEP . DIVI HADRIANI ABNEP . M . AVRELIVS ANTONINVS PIVS FELIX AVG . TRIB . POT . IIII . PROCOS . ARCVS CELIMONTANOS PLVRIFARIAM VETVSTATE COLLAPSOS ET CORRVPTOS SOLO SVA PECVNIA RESTITVERVNT.

DE AQVÆDVCTIBVS



¶ In Aquæ Virginis ductu in hortulis . A . Colotii .

TI : CLAVDIVS DRVSI . F . CAESAR AVGVSTVS
GERMANICVS PONTIFEX.MAXIM.TRIB.POTEST.V.
IMP . XI . P . P : COS . DESIGN . IIII : ARCVS
DVCTVS AQVAE VIRGINIS DISTVRBATOS PER
.C. CAESAREM A FVNDAMENTIS NOVOS FECIT
AC RESTITVIT .

¶ In Ripa Tyberis quod nunc non extat.

IMPP. DIOCLITIANVS ET MAXIMIANVS AVGG: RE PVRGATIS FONTIVM RIVIS ET ITINERIBVS EORVM AD PERENNEM VSVM REFECTIS TYBERINO PATRI AQVARVM ET REPERTORIBVS MIRABILIVM FABRICARVM PRISCIS VIRIS HONORI DEDERVNT CVRANTE : L : AELIO DIONYSIORO.

¶ CAPVT .VIII. DE MOLIBVS.

¶ In Mole Hadriana: quæ nunc dicitur Caſtellum .S. Angeli: ubi ſunt cineres fere omnium Antoninorum.

IMP. CAES. DIVI TRAIANI PARTHICI FILIO DIVI NERVAE NEPOTI TRAIANO AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. XXII. IMP. II. COS. III. P. P. ET DIVAE SABINAE IMP. CAES. T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS AVG. PIVS PONT. MAX. TRIB. POT. II. DESIGN. IIII. COS. II. P. P. PARENTIBVS SVIS.

¶ Ibidem.

IMPERATORI CAESARI DIVI MARCI ANTONINI PII GERMANICI SARMATICI FILIO DIVI PII NEPOTI DIVI HADRIANI PRONEPOTI DIVI TRAIANI PARTHIC. ABNEPOTI DIVI NERVAE ADNEPOTI LVCIO AELIO AVRELIO COMMODO AVGVSTO SARMATICO GERMANICO MAXIMO BRITANNICO PONTIFICI MAXIMO TRIBVNITIAE POTESTAT. XVIII. IMP. VIII. CONSVLI. VII. PATRI. PATRIAE.

In eodem Caſtello Sancti Angeli.

Epitaphium:

IMP . CAESARI . L .
AVRELIO VERO AVG.
ARMENIAC.MED .
PARTHIC . PONTI-
FIC.TRIBVNIC.POT.
.VIIII . IMP. V.COS.
. III . P . P .

Aliud Epitaphium:

. D . M . S .
EVTYCHES VRSVLAE
CONSAE KARISSIMAE
CVM QVA VIX.ANNIS
.XXII. MENSES.VII.
DIES . XXI. DE QVA
NVNQVAM NIHIL
QVESTVS SVM ET
ASIANAE MATRI
. B . M . F .



❡CAPVT .IX. DE PORTICIBVS ET EPISTILIIS.

❡In Porticu ante eccleſiam; S. Angeli in Piſcina

IMP . CAES . L . SEPTIMIVS.
SEVERVS.PIVS.PERTINAX.
AVG.ARABIC.ADIABENIC.
PARTHIC . MAXIMVS.
TRIB.POTEST.XI.IMP.
.XI.COS.. III.P.P.ET
IMP . CAES . M. AVRELIVS
ANTONINVS.PIVS FELIX.
AVG . PONT. MAX. TRIB.
POT . VI . COS . PROCOS.
INCENDIO CONSVM/
PTVM RESTITVE/
RVNT.

¶ In Porticu Antonini iuxta Forum Ro.

DIVO ANTONINO
ET DIVAE FAVSTI
NAE EX . S . C .

¶ In Epiſtiliis Oratorii Diui Neruæ
iuxta Forum eius.

IMP . NERVAE CAES : AVG . PONT : MAX : TRIB.
POT . IIII . IMP : IIII . PROCOS . NERVAE FECIT.

¶ Inſcriptio fragmenti Columnarum in Cliuo
Capitolino
Iuxta Aedem Sancti Sergii & Bachi.

SENATVS POPVLVSQVE
ROMANVS.

INCENDIO CONSVMPTVM
RESTITVIT.

ℂ CAPVT . X . DE THERMIS.

ℂ In Thermis Dioclitianis:

. D . D . N . N . DIOCLITIANVS ET MAXIMIANVS INVICTI SE NIORES AVGVSTI PATRES IMPEPERATORVM ET CAESARVM CONSTANTIVS ET MAXIMIANVS INVICTI AVGG . ET SEVERVS ET MAXIMIANVS NOBILISS . CAESARES THERMAS FELICES DIO CLITIANI AVG . FRATRIS SVI NOMINE CONSECRAVIT COEPTIS AEDIFICIIS PRO TANTI OPERIS MAGNITVDINE OMNI CVLTV PERFECTAS ROMANIS SVIS DEDICA .

ℂ In Thermis Conſtantini.

PETRONIVS PERPENNA MAGNVS QVADRATIANVS . V.C.MP. PRAEF . VRB . THERMAS CONSTANTINIANAS LONGA INIVRIA ET ABOLENDAE CIVILIS VEL POTIVS FOEDALIS CLADIS VASTA TIONE VEHEMENTER AFFLICTAS ITA AGNITIONE SVI EX OM NI PARTE PERDITA DESPERATIONE CVNCTIS REPARATIONIS ADFERANT DEPVTATO AB AMPLISSIMMO ORDINE PARVO SVM PTV QVANTVM PVBLICAE PATIEBANTVR ANGVSTIAE AB EX TERNO VINDICAVIT ET PROVISIONE LARGISSIMA IN PRISTI NAM FACIEM SPLENDOREMQVE RESTITVIT.

ℂ CAPVT . X . DE TABVLIS DECRETIS ET PRIVILEGIIS.

ℂ In Tabula Aenea in . S . Ioanne Laterano: apud tabernaculum ſacratiſſimi Corporis Chriſti.

FOEDVSVE CVM QVIBVS VOLET FACERE LICEAT ITA VTI LICVIT DIVO AVG. TI. IVLIO CAESARI AVG. TIBERIOQVE CLAVDIO CAESARI AVG. GERMANICO.

VTIQVE EI SENATVM HABERE RELATIONEM FACERE, REMITTERE SENATVSCONSVLTA PER RELATIONEM DISCENSIONEMQVE FACERE. LICEAT ITA VTI LICVIT DIVO AVG. TI. IVLIO CAESARI AVG. TI. CLAVDIO CAESARI AVGVSTO GERMANICO.

VTIQVE CVM EX VOLVNTATE AVCTORITATEVE IVSSV MANDATVVE EIVS PRÆSENTEVE EO SENATVS HABEBITVR OMNIVM RERVM IVS PERINDE HABEATVR SERVETVR AC SI E LEGE SENATVS EDICTVS ESSET HABERETVRQVE.

VTIQVE QVOS. MAGISTRATVM POTESTATEM IMPERIVM CVRATIONEMVE CVIVS REI PETENTES SENATVI POPVLOQVE ROMANO COMMENDAVERIT QVIBVSVE SVFFRAGATIONEM SVAM DEDERIT PROMISERIT EORVM COMITIS QVIBVSQVE EXTRA ORDINEM RATIO HABEATVR.

VTIQVE EI FINES POMERII PROFERRE PROMOVERE CVM EX REPVBLICA CENSEBIT ESSE LICEAT: ITA VTI LICVIT TI. CLAVDIO CAESARI AVG. GERMANICO.

VTIQVE QVECVNQVE EX VSV REI PVBLICAE MAIESTATE DIVINARVM HVMANARVM PVBLICARVM PRIVATARVMQVE RERVM ESSE CENSEBIT EI AGERE FACERE IVS POTESTASQVE SIT ITA VTI DIVO AVG. TIBERIOQVE IVLIO CAESARI AVG. TIBERIOQVE CLAVDIO CAESARI AVG. GERMANICO FVIT.

VTIQVE QVIBVS LEGIBVS PLEBEIVE SCITIS SCRIPTVM FVIT NE DIVVS AVG. TIBERIVSVE IV-

LIVS CAESAR AVG . TIBERIVSQ VE CLAVDIVS CAE
SAR AVG . GERMANICVS TENERENTVR IIS LEGI
BVS PLEBISQ VE SCITIS IMP. CAESAR VESPASIANVS
SOLVTVS SIT Q VAEQ VE EX Q VAQ VE LEGE RO
GATIONE DIVVM AVGV . TIBERIVMVE IVLIVM
CAESAREM AVG . TIBERIVMVE CLAVDIVM CAE
SAREM AVG . GERMANICVM FACERE OPORTVIT
EA OMNIA IMP . CAESARI VESPASIANO AVG . FA
CERE LICEAT .

VTIQ VE Q VAE ANTE HANC LEGEM ROGATAM
ACTA GESTA DECRETA IMPERATA AB IMPERATO
RE CAESARE VESPASIANO AVG . IVSSV MANDA/
TV VE EIVS A Q VOQ VE SVNT EA PERINDE IV/
STA RATAQ . SINT AC SI POPVLI PLEBISVE IVSSV
ACTA ESSENT .

SANCTIO.

SIQ VIS HVIVSCE LEGIS ERGO ADVERSVS LEGES
ROGATIONES PLEBIS VE SCITA SENATVSVE CON
SVLTA FECIT FECERIT SIVE Q VOD CVM EX LEGE EVM
ROGATIONE PLEBISVE SCITO . S . VE . C .
FACERE OPORTEBIT NON FECERIT HVIVS LEGIS
ERGO ID EI NE FRAVDI ESTO NEVE Q VIT OB EAM
REM POPVLO DARE DEBETO NEVE CVI DE EA RE
ACTIO NEVE IVDICATIO ESTO NEVE Q VIS DE EA
RE APVD ———————— OI SINITO .

Ante Fores Diui Pauli Decretum. Tibure in basi

Ↄ . L . EROS .

¶ In ſancta Mar a in Aquirio.

HIC IACET HELVIDIVS FATIS EXTINTVS INIQVIS
EGREGIVS IVVENIS CAVSARVM ORATOR HONESTVS
QVI VIXIT ANNIS .XXX.

¶ IBidem:

DIS MANIBVS SACRVM.

HERBASIAE CLYMENES SEX. HERBASIVS NETILVS
SIBI ET CONIVGI SVAE SANCTISSIMAE FECE.
IN FR. P. XVIII. IN AGR. P. XVII.

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS.

L: OTACILI HEDONIO FECIT. OCTACILIA
EVNIS CONIVGI SVO BENEMERENTI:

¶ In palatio Capranicenſi:

.D. .M.

P. AELIO AVG. LIB. LYGVS FECIT SIBI ET SVIS ET AELIAE SOZV
SAE CONIVGI DE SE BENEMERENTI ET, P. AELIO LVPO FILIO
SVO ET LIB. LIBERQ. POSTQ. EORVM. N. H. NON. SEQ.

¶ Ibidem.

.D. .M. .S.

Q. PLOTIVS. Q. F. QVIR. ROMANVS EXORNA
TVS EQVO PVBL. HONORIBVS FVNCTVS IN
COLONIAM HOSTIENSIS DECESSIT SVPERSTI
TIBVS PARENTIBVS.

¶ Ibidem.

PRAEF. CLASS. BRIT. ET MOESIC. ET PANNONIC.
PROC. ET PRAESIDI ALPIVM SVB. PRAEF. CLASS.
PRAET. TRIB. LEG. XVI. FL. ET PRAPVSA.

¶ Ibidem.

C . SALLIO ARISTAENETO . V . C . SEPTEMVIRO
EPVLON . SODALI AVGVSTALI IVRID . PER PICE-
NVM ET APVLIAM CVRATORI VIAR. AVREL . ET
CORNELIAE TRYPHALIS PR . R . T . VTELARQ.
DESIGNATO ET EODEM ANNO AD EDILITATEM
PROMOTO XVIRO STLITIBVS IVDICAND . ORATO
RI MAXIMO DECVRIONES ET PLEBS COLONIAE
ANCONITANORVM PROPTER HVMANITATEM
ABSTINENTIAM EFFICACIAM.

¶ Ibidem prope in fragmentum:

CONSILIIS PVBLICIS CON.
ANNVM EXPLETTVRVS
MORTEM EIVS IVSTITIO PERCON
OMNES LVXERVNT CENSV
INSIGNIBVS DECORATA CV

¶ Ibidem:

.D. .M.
Q . ARTICVLEIO ONESIMO FECIT IVLIA TYRIA
CONIVGI BENEMERENTI ET . Q .
ARTICVLEIO SOSO VIXIT
ANN . XVIIII .

¶ Ibidem

L . RAGONO . L . F . PAP , VRINATIO TVSCENIO
QVINTIINO DOMINO OB HONOREM TOGAE VI
RILIS . OFAELLIVS SER . ARCK .

¶ Ibidem.

.D. .M.

NEPOTI FAVSTINAE AVG. TAB. AELIAE CRISPI-
NILLA CONIVGI. B. M. CVM QVO VIX.
ANN. XXV. FECIT.

¶ Ibidem

.D. .M.

L. PVBLICI PRIMI. Q. V. ANN. XII. M. III. VERSVM SV
PERPOSVIT. P. SVCCESSVS PATER INFELICISSIMVS. L. L. PV
BLICIE BEATRICI LIB. ET CONIVGI KARISSIMAE DE SE. B. M.
VIX, ANN. XXIX. M. VI. D. XXV.
L. PVBLICIVS POLYTIMVS SIBI ET SVIS FECIT LIB. LIBTQ. PO-
STERISQ. EOR. INF. P. VII. IN AG. P. VIII.

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS.

BENIGNO LIBRARIO. Q. N̄. DIADVMENVS
ET EVHODVS CONSERVO BENEMERENTI.

¶ Ibidem.

.D. .M.

M. SEI ODIOGENI FORTVNATA CON-
IVX BENEMERENTI FECIT.

¶ Ibidem.

.D. .M.

AVRELIA AFRODITE EMIT SIBI ET SVIS ET LIBER
TIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM IN
FRONTE. P. XII. IN AGRO PED. XII. H. M. D.
. M. A.

¶ Ibidem.

.D. .M.

TVRRANIAE. C. F. SEMNAE VIX. ANN. XX. M. X. D. XIIII. SEX.
AVONIVS PONTICVS CONIVGI CARISSIMAE FECIT.

¶ Ibidem.

L. NVMIVS : L. L : CHILO ACCENSVS BIS.

¶ In baſi cuiuſdam columnæ prope ſanctum Andream in Columna :

.D. .M.
C. SERGIO PANTHAGATHO COGNATO
BONO : R : E . C . H :

In domo Ioannis Angeli de angelera.

DIS MANIBVS.
SALVE C. APPONIVS C. F. FAB. NOVELLVS ROM. MIL. COH. XII. VRB.
SE VIVO SIBI ET APPONIS MAXIMO
ET FAVSTO FILIS ET TI. IVLIO
ONAGRO AMICO
. V, A. XLVII. M. V, D. V. ET
CLODIAE AMABILI CONIVGI AMANT.
ET LIB. LIB. POSTER. EORVM.

In mauſoleo Aug.

¶ Ibidem.

DIS MAN :

CLODIAE . C. LIB . TROPHINAE CONIVGI CARISSIMAE FEMINAE
OMNIVM SANCTISSIMAE PIISSIMAEQ.
QVAE VIXIT ANNIS . XXV,
HIC SITA EST NONAS MAIAS FRONTONAE ET
CANDIDO COS. . C. CLODIVS LASCIVOS FECIT.

¶ Ibidem.

L. SELIVS. L. LEVCARVS SIBI ET SVIS
ANNIAE SEVERAE. P. NONIO PROTO.

¶ Ibidem

DIS MANIBVS.
IOVINIANO VIVIA SECVNDA CONIVGI CARISS . B . M . F .

¶ In domo Marii Cerretani.

SEX. DVSSIVS RVFINVS, E . EX CONLATIONE SVA MANIPVLARVM SVORVM AEDICVLAM MEMORAVIT

¶ Ibidem.

.D. . M .
CLODIA TI . F . FABVLLAE . T . FLAVIVS EVPHANOR . ET L . COARIVS SPENDO DE SE BENEMERENTI FEC.

¶ Prope columnam in pariete cuiuſdam horti:

D M
VIATORI LOLLIA TYCHE MATER.

¶ Ibidem.

D . M . P . SVFFENAE CHRESIMI . QVI VIX . ANN . LXXX . M . II , D . V . HERMIONES CVM FILIS CONIVGI SVO BENEMERENTI FECIT.

In domo Iuliani Macciaronis:

TEIAE ASCLEPIODOTAE TEIAE RVFFINAE. V. V. LIB. CONIVGI CARISSIMAE. ITEM . P . TEIO RVFFO FIL . DVLCISS. P. TEIVS ASCLEPIVS ET TEIA ZOE PARENTES . B . M. FECERVNT SIBI LIB. LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM . H . M . EXT . N . REC.

¶ In pariete domus D. Nicolai de Lacobelis:

.D. .M.

M. COSCONI EPICVRI FILII PIISIMI QVI VIX . AN. XIX . M . IIII . D . XXII . CAETONICVS ET PIA PARENTES FECERVNT.


¶ Ibidem.

TREBONIA Ɔ . L . SALVIA ARBITR MARCIANA LIMA . INFRO . P . XII . IN AG . P . XIIX .
COST . CVM LOCO HS . ∞ . Ɔ .

¶ In ſancto Blaſio in monte Acceptorium

. D . . M .
T . FLAVI CERDONIS IVVENCIANI HERMES
CONLIBERT QVI DISP.

¶ Ibidem .



¶ Ibidem

.D. .M.
IVSTO CAEPIONIS CORINTHVS ET CLYTE PARENTES
VIXIT ANN. VIII. MENSIB. VIIII. DIEBVS. VIII.

¶ Ibidem:

APVSVLENA GERIA VIXI ANN . XXII . QVOT QVISQVE
VESTRVM OPTAVERIT MIHI ILLI SEMPER EVENIAT
VIVO ET MORTVO.

¶ In ſancto Nicolao de Forbiioribus.

Q. MANLIVS ALEXANDER MARTIVS. L. F. MANLIANVS. Q. V. A. L. M. VI. D. X.

¶ Ibidem ſub quodam altari.

RVFIVS PREFECTI POSTVMIANVS. V. C. FILIVS MAGNIFICI VIRI MARIANI PRAEFECTI PRAETORII ET CONSVLIS ORDINARII QVESTORI CANDIDATVS PRAETOR VRBANVS TRIBVNVS ET NOTARIVS PRAETORIANVS PRAEFECTVS VRBI SECVNDO CONSVL ORDINARIVS QVOS TANTOS ET TALES HONORES.

Conſul ordinarius

¶ Ibidem.

.D. .M.

ARRIVS ANTINOVS PATER FECIT ARRIAE ANTINOAE FILIAE DVLCISSIMAE QVAE VIXIT MENSIBVS. VIIII.

¶ Prope ſancto Stephano de Trullo.

.D. .M.

POMPEIVS POMPEIANVS SIBI ET RVFIO PVDENTI AMICO BENE. M.

In ſancto Stephano de Trullo

CASTINIVS. C. F. GALLVS. C. MARTIVS. L. E. LN. CENSORINVS COS. LX. SCETRIMIN.

¶ Ibidem.

.D. M.

A. SEIO ZOSIMIANO EQVIT. ROM. PRET. COHORT. .III. BRA. CAR. AVG. TRIB. LEG. XI. CL. SVCCV. VIAE ET DE CAVTIATI. A. SELVS AFRICANVS ET PAT. PIISSIM. B. M. FECIT.

¶ Ibidem prope.



.D. .M.
.L. .P. .F.
.L. .P. .D.
.P. .O. .D. .D.

¶ In æde ſancti Andreæ de Vrſis.

DIBVS SECVRIS.

M . SALLVVI FELICISSIMI HERACLIANI TRIB .
ESQ . CORPORE AVG . PVERO PIISSIMO ET DVLCISS.
M . SALLVVIVS ANTIOCHVS PAT . FECIT ET SIBI
VIX . ANN . XII . MENS . IIII . DIEB . XI .

¶ Ibidem.

T . CLAVDIO HERMAE RHET . CLAVDIA MAGNA
VXOR ITEM TI . CLAVDIVS TROPHIMVS ET
APOLAVSTVS CAESARIS . N . SER . FRATRES
OPTIMO PIISSIMO.

In eccleſia ſanctæ mariæ prope fontẽ Triuii

.D. M.

P. AELIO. P. L. CLA. FVSCI VIRINO MIL. IN COH. III. PR. VLPI. AN. V. VIX. AN. XXII. M. NVMI CIVS SEVERVS HERES POSVIT CONTVB. D. S. B. M.

Ibidem:

. D. . M:

M. VLPIA AVG. LIB. DIONYSIO QVI FVIT AB AVRATVRIS VIX. AN. XXXXV. MEN. VI. VLPIA AVG. LIB. HEROIS CONIVGI KARISSIMAE ET PIENTISSIMAE DE SE. B, M. CVM QVO VIXIT SINE VLLA QVERELLA ANNIS. XXV, ET. M. VLPIVS DIONYSIVS. F. FECER. ET SIBI ET SVIS LIB. LIBERTABVSQ. POSTERISQVE EORVM INF. P. XII. IN AGR. P. XII.

In ſancto Andrea de columna:

POMPEIAE SEX. FIL: VERAE. C. CORNELIVS LICINIANVS VXORI OPTIM. ET PIENTISSIMAE:

In porticu. D: Antonii Bubali.

DIS MANIB:

PRIMITIVO COLLACTIO V BENEMERENTI FECIT. C, LVCILIVS FESTVS ET SIBI. V. ET SVIS ET FLAVIAE HEDONAE VXORI SVAE POSTERISQVE NOSTRIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE EORVM IN FRONTE. P. XII. IN AGRO. P. XII.

Ibidem ante domum in exedra:

.D. .M. .S.

T. AELIO. T. F. AEMI. MARCELLO DOBERO, MIL, COH. IIII. PR. > FELICIS MIL. AN. VI. VIX. ANN. XXV. ES. TAM PONIVSIT ARA. T. FLAVIVS PETRONIANVS MIL. COH. II. PR. > CLEMENTIS HERES EIVS MVNICIPI SVO. B. M. FECIT.

¶ Ibidem in domo :

.D. .M.

M . ANTONI . M . F . FAB . PHOEBI MIL . COH . XIV .
VRB . < PERENNIS STIPENDIORVM . IIII . SECV
TOR TRIBVNI VIX . ANN XX . M . VI . DIEB . XX .
H . III . EPIDECTVS ET PHOEBE . PARENT . INFELI
CISSIMI FECERVNT.

¶ Ibidem

.D. .M. .S.

L . AELIO LVCIFERO QVI VIX . ANN . LXVII . CON
IVGI BENEMERENTI CVM QVO VIX . ANN . VIIII .
FECIT CLAVDI EPITECTIS ET SIBI ET SVIS LIB .
LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM.

¶ Ibidem in horto

. D . M .

SEX . SAMMI MACRI

SEX . SAMMIVS APEN .

PATRONVS

LIB . OPTIMI .

OBSEQVENTISSIMIQ.

¶ In ſancta Maria Rotunda in pariete eiuſdem portici.

.D. .M.

M. VLPIO IVSTO . Q . SIG . AVG. MILITAVIT AN. XXV . VIX . XLV . NATIONE BRITTO . FEC . M . VLSIVS RESPECTVS VEE . AVG . AMICO OPTIMO DE SE BENEMERENTI .

¶ Ibidem prope.

Q . OCTAVIVS . Q . F . CLARVS VIBIA . L . L : EVCVMENE SIBI ET SVIS.

¶ Ibidem.

: D : . M :

CAECILIAE SECVNDE : Q : CORNELIVS HERACLA . C . R . FECIT SIBI ET SVIS IN . F . P : R . IN . A . P : VI .

¶ Ibidem.

.D: :M.

SVLPICIAE OLYMPIADI APHEOS AVG . L : L : OPTI.

¶ In domo Sabæ de Pinis

.D. :M.

L . ANNIO , L , F , SABINO VIX , ANN . X , D . XXVII . L . ANNIVS HOMENIS ET CLAVDIA PRIMA PARETES FECERVNT ET CLAVDIO RECEPTO . F , ET SIBI ET SVIS POSTERISQVE EORVM,

¶ Prope eccleſia ſanctę Marię Magdalenę.

C . LICINIVS BLASTVS FECIT SIBI ET LICINIAE ISAVRICAE CONIVGI CARISSIMAE ET LICINIO SATVRNINO ET LICINIAE BLASTIANAE ET FILIIS E T . L . L . P . Q . E .

¶ In ſancto Saluatore de Cupellis.

. D . M .

C. POMPONIO EVANDRO ET CALLISTO ET DIADVMENO ET ELPIDEPHORO . Q . POMPONIVS EVDEMON . ET POMPONIA HELPIS FILII DVLCISSIMI ET LIBI FECERVNT .

¶ Ibidem

D M

P . VETVLENVS NARDVS ET VETVLENA ALEXANDRINA ET VETVLENVS SATVRNINVS SIBI ET SVIS . L . L . P . E

¶ Ibidem in tabula marmorea .

M . AVREL . AVG . LIB . ACILIO SEPTENTRIONI PANNONO SVI TEMPORIS PRIMO SACERDOTI SMOCHDI APOLLINIS PARASITO ALVMNO FAVSTINEA AVG . PRODVCTO AB IMPERATORE M AVRELIO COMMODO ANTONINO PIO FELICI AVG . ORNAMENTIS DECVRIONE DECRETO ORDINE EXORNATO ET ALLECTO . INTER IVVENES . S . P . Q . LAVINVS .

¶CAPVT.XVI.DE.IIII.REGIONE CAMPI MARTII.

¶In pariete horti ſanctæ Mariæ de Populo

.D. .M.

ARISTO MESORI OB MVLTA MERITA SECVN/
DVS COLLEGA TITVLVM POSVIT .B.M.F.

¶In Archihoſpitali ſancti Iacobi de Auguſta

DIS MANIBVS.

C.SEXTILI FORTVNATI ET
SEXTILIAE AEGIALES.

¶In monte Pincii in Eccle: ſanctæ Trinitatis.

M.COELIO SVPERSTITI FRATRI OPTIMO
C.COELIVS SECVNDVS.T:F.

¶Ibidem in quadam uinea:

VOTVM SILVANO SOLVIT LIBENS MERITO.T.F.DIADV/
MENVS LVRNESIANVS PRAEGVSTATOR AVGVSTI.

¶In ſancto Ambroſio prope Auguſtam:

DIS MANIBVS SACRVM.

VERATIAE PRISCAE .P.VERATIVS VICTOR CON
IVGI BENEMERENTI FECIT ET SIBI.

¶Ibidem.

.D. .M.

P.HOSTIO.P.F.SEVERO.V.A.XIII.D.X.P,HO
STIVS FESTVS CERENIA GRAPTE PARENTES FI
LIO DVLCISSIMO FECER.

¶ In S. Laurentio in Lucina.

D . M .

PLOTIAE PLOTILLAE FILIAE DVLCISSIMAE VIXIT ANNIS. XXV. M. VII, FEC MVMMIA RESTITVTA MATER SIBI ET SVIS POSTERISQVE EORVM.

¶ Ibidem

L . PINNVS SP . FILIVS CELSVS . V : A . XIIX . D . IIII .

¶ Ibidem.

. D . . M .

P . AELIVERI TINEIA LVCIDA MARITO MERENTI FECIT .

¶ Ibidem.

.D. .S.

LIBERTIS PETRONIORVM MAMERTINI ET SEPTIMIANI POSTERISQ. EORVM.

¶ Ibidem.

CASSIVS XECVNDVS FECIT SIBI ET CASSIAE DAMNALIDI LIBERTAE KARISS. ET BENE MER. IDEM CONIVGI ET C. CASSIO COTYNO ET CASSIAE MOSCIDI PARENTIB. SVIS ISDEM PATRON. LIBERTIS C, CASSII LONGINI ET LIBERTIS SVIS LIBERTABVS POSQ. EOR.

¶ Ibidem.

CORNELIVS. Q. F. ET SIBI ET. Q. CORNELIO. Q. F. PATRI ET MVNATIAE AVIAE ET CORNELIAE ET FVLVINIAE SORORIBVS C. VIBIVS. C. F. MATER ET TREBACIVS RVFFO FACIVNDVM CV CVRAVERVNT EX TESTVMENTO.

¶ Ibidem.

.D. .M.

OVIDIANVS POETA HIC QVIESCIT.

¶ Ibidem prope in atrio eiuſdem Palatii.

D M

IVLIAE SECVNDAE FILIAE.CORNELIAE TYCHES VXORIS

Hic ſunt capita duarum mulierum.

ET FORMA SINGVLARI
ET MORIBVS PIISSIMIS
DOCTRINAQ. SVPER LE
GIPTIMAM SEXVS SVI
AETATEM PRESTANTISSI
MAE. QVAE VIXIT AN.
NIS. IX. MENS. IX. D. XX

FT INCOMPARABILIS ER
GA MARITVM ADFECTVS
SANCTITATISQVE ET EXI
MIAE ERGA LIBEROS PIE
TATIS. QVAE VIXIT AN
NIS. XXXVIIII. MENS. IIII
D. VII. EXIS MECVM. A. X.

¶ A latere dextro eiuſdem marmoris.

IAM DATVS EST FINIS VITAE/IAM PAVSSA MALORVM
VOBIS/QVAS HABET HOC GNATAM/MATREMQ. SEPVLCHRVM
LITORE PHOCAICO PELAGI VI EXAMINATAS
ILLIC VNDE TAGVS/ET NOBILE FLVMEN HIBERVS
VORSVM ORTVS/VORSVM OCCASVS FLVIT ALTER/ET ALTER
STAGNA SVB OCEANI TAGVS/ET TYRRHENICA HIBERVS
SIC ET ENIM DVXERE OLLIM PRIMORDIA PARCAE

parce

Hic eſt imago Aſelli

ET NEVERE SVPER VOBIS VITALIA FILA
CVM PRIMVM LVCINA DARET LVCEMQ. ANIMAMQVE
VT VITAE DIVERSA DIES FORET/VNAQVE LETI
NOBIS PORRO ALIA EST TRINO DE NEMINE FATI
DICTA DIES LAETI QVAM PROPAGARE SVOPTE
VISVM OLLIS TACITO ARBITRIO CVM LEGE PERENNI
SISTI QVAE CVNCTOS IVBET AD VADIMONIA MORTIS.

vadimonia

¶ Ibidem.

HERCVLES ET PHILOTES ALCIDES HOMINVM VI
CTOR DOMINATORQ. FERARVM PHILOTE/
TIS AMICVS ADEST ILLE EQVAE AMORES·

¶ Ibidem in pariete prope Arcũ Troſoli.

.D. .M.

POMPEIAE PRISXTILLAE. T. FLAVIVS TRYPHON.
CONIVGI SANCTISSIMAE FECIT ET SIBI POSTE
RISQVE SVIS.

¶ Ibidem.

.D. M.

AVRELIANVS EVOK. EX FINE SALARIOR. VIII.
COH. II. VIXIT AN. XXXVIII. MIL. ANN. XVII.
NAT. DACIA. IVLIA VRSA PATRI. B. M. F.

¶ Ibidem prope in domo Ioãnis baptiſtę

DIS MANIB.

ATHAMANTIS DIVI AVGVSTI LIBERTI.

In quadriuio eiuſdem loci.

D. M.

CRESCENTILLAE FILIAE DVLCISSIMAE FECERVNT CRESCENS PATER ET SOTERIS MATER: QVAE VIXIT ANNIS . XI . MENSIBVS . VI . DIEB . II . EPAPHRODITVS TATA POSVIT .

Ibidem prope.

.D. .M.

T . FLAVI . T . F . QVI . MARCELLI FLAVIAE . T . F . MARCELLAE FLAVIAE . T . F . MARCELLAE FLAVIAE . T . F . ELATE.

In ſancto Nicolao de de Perfectis.

DIS MANIBVS.

PRIMIGENIO HESYCHI AVG . LIB . LIBERTO PRIMIGENVS VERNA.

Ibidem.

D. .M.

P . SCANTIVS PHILETVS FECIT SIBI ET SCANTIAE NICAE LIBER. REQVIETORIVM.
AMICIS BENEFACERE SEMPER STVDIOSVS FVI.

Ibidem.

C.TVLLIO ADIECTO SECVNDA ET FRVCTA LIB.

Ibidem.

.D. .M.


M . ACILIO SVCCESSO CONIVGI KARISSIMO FECIT AELIA TYCHE .

In ſancta Cecilia in eadem regione.

.D. .M. .S.

M. FVLVIO DIONYSIO SATVRNINVS.

¶ Ibidem


P : DECIVS DECII
F : PRIMO COS ·
DE SAMNITIBVS
TRIVMPHANS SP
OLIA EX HIS CE
RERI CONSECRA
VIT ITERVM ET
TERTIO CONSVL ·

¶ Ibidem.

BLASANVS HOC NOVIVS REQ VIEM SORTITVS IN AEVOM
Secundus uerſus abraſus eſt in marmore.
CONTRA LOCVS SANCTVS PLAVSV Q VI EXCEPIT AGRESTI
CVM PRIMVM FVNDO VENERAT HIC DOMINVS
PARABAT NEMO. FAVNI NYMPHAEQ VE SONABANT
LAETICIAM DIVOM SENSIT ET IPSE LOCVS.
HIC OLIM STATVIS VRBEM DECORAVIT IN ORBEM
NOMEN HABET POPVLVS CORPORIS HIC TVMVL.

¶ In ſancta Maria Campi Martii.

.D. .M.

ALBIAE THREPTAE .M.ALBIVS CARPVS PATRO-
NVL FECIT SANCTA VIRGO VIRGINVM.

¶ Ibidem.

.D. .M.
L.PIVNI ADAMASTI PRIMA PAVLINA CONIVGI CARISSIMO.

¶ Ibidem.

.D. .M.
ARRIAE VENERIAE FECIT SEX. CAELIVS SATVR-
NINVS ET CAELIA PRIMA PARENTES.

¶ Ibidem.

DIS MAN.

FVLVIA SEX:L.PRIMA SIB.ET SEX.FVLVIO SEX.
L.FAVSTO PATRONO SVO FECIT.

¶ Ibidem.

NAEVIO PROCVLO VETERANO EX COH.II,PR. FECIT. NAEVIA
VENERIA CONIVGI ET PATRONO.CVM Q VO.V.A.XXXX.D.B.M.

¶ bidem.

DIS MANIBVS.
VIBIAE SABINAE CONIVGI OBSEQ VENTISSIMAE ET MIRAE CA
STITATIS FEMINAE CLAVDIVS SEVERVS CONCORDIVS ET SIBI.

¶ Ibidem.

ADIE IDVS MAI LEONIS TERTIO CONS.

¶ Ibidem

DIS MANIBVS
FELICITATI.V.A.VIIII.M.VIII.P.MANLIVS PROTVS
ET MELIA ACTE PARENTES PIISSIMI FECERVNT
L.L.P.S.LON.P.V.LAT.P.IIII.

¶ Iuxta domum Cichinorum.

PONTIANÆ IANVARIÆ PONTIVS IVSTVS AMITÆ.

¶ Ibidem prope in domo Marci Antonii ſutoris.

DIS MANIBVS.

ASSYRIO.Q.V.A.XXXXII.M.V.D.XXV.ET FELICVLAE CONIV
GI EIVS.Q.V.A.XXXII.D.X.ET DONATAE FILIAE CONI.Q.V.
A.VII.D XV.

¶ Ibidem prope.

.D. .M.
L.SCRVCILI.L.F.L.N.Q.III.

Supra portã Romani Caſalis.

DIS MANIB.
POSVIT TIB.CLAVDIVS ACTVS TABELLARIVS A RI
PA ET POPILIAE GALICAE CONTVBERNALI MEAE
ET POPILIAE EVTYCHIAE.

¶ Ibidem:

DIS MANIBVS
Q VARTIONIS DECVMI AVG. LIB. EVPHEMIANI A
MANV. FIDELIS CONLIBERTVS FRATRI .B,M.
IN FRONTE PEDES DVO IN AGRO PEDES DVO.

¶ Ibidem:

.D. .M.
A.LAELIO APRO.V.A.VII.M.X. A.LAELIO PIETATI.V.A.IIII.M.V.
A.LAELIVS CRESCENS ET CLAVDIA PIETAS FILIS PIENTISSIMIS
FECERVNT.ET SIBI ET SVIS LIB.LIB.P.Q.E.

DE REGIONE

In ſancto Iuone.

.D. .M. .S.

BENE VALEAS QVISQVIS ES . C . MARTIAE MEAE
CONIVGI BENEMERITAE.
QVAE MVLTIS CVM SVDORIBVS MATVRA AETATE
VIXIT VIRTVOSE.

In ſancto Triphone.


DIS MANIBVS.

M . RVFIO . M . F . PVB . RVFINO MILITI COH . XII.
PR . ET RAEDI MILITAVIT ANNIS . VIIII . VIXIT
ANNIS . XVI . M , RVFIVS VELOX FRATRI CARISSIMO,

In ſancto Auguſtino.

TVNDILIAE . M , F . SABINAE . SEXTILIVS BATHYLLVS VXO-
RI SANCTISSIMAE ET SIBI POSTERISQVE SVORVM.

In uia prope ſanctum Auguſtinum ſub quadam feneſtra:



Ibidem.

CLAVDIA APHRO . V . A , XXV . L . ANTONIVS
POTHVS OLLAM CVM TVTVLO BENEMERENTI.

¶ In uia poſt ſanctum Auguſtinum

M. ALFIDIVS : Ↄ. L. MVSICVS
ISIAS ALEXANDRI. F. BOETHI CHIA

¶ Ibidem:

EROS CAESARIS PRIMA SOROR DEDIT
C. OCTAVIO SILVANO. C. OCTAVIVS PRINCEPS.

.D. .M.
RAIA. M. L, IVCVNDA. M. RAIVS. M. L. IAZYMIVS

¶ In ſancto Antonio de Portugallo:

. D . M .

HEREMNVLEIA EROTIS AVLO HEREMNVLEIO
DICAEO COLL. CARISSIMO.

¶ In æde ſanctæ Luciæ quattuor portarum prope Tyberim.

. D . . M :

VITALI QVAE : V. A : XXVIIII. MENS : XI :
D. XV. ANGELVS CONSERVA FECIT:

¶ Ibidem prope ſub quadam feneſtra.

.D. .M.

M. IVNIO DIONYSIO MEDICO DE LVCILIANIS
TITVLENA IVSTA CONIVGI. B. M. ET
SIBI SVIS LIB. LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM.

¶ Ibidem.

TRIB. MIL. LEG. VIII. LOIS. AVG. Q. VRBANO PROC. Q. PROVICIAE
CRAEME ET CYRENARVM AEDILI. PL. PRET. LEGATO DIVI VE-
SPA. LEG. VIII. GEMINE PROCOS. PROVINCIAE MACEDONIAE.
P. TVLLIVS VARRO OPTIMO PATRI.

DE REGIONE

¶ In domo ſecretatii Sixti pontificis.

C. LANNAS. C. L. FLORVS FECIT SIBI ET HORDINIAE SATVR-
NAE CONIVGI QVAE SECVM VIXIT ANNIS. XXIIX. LIBERTIS
LIBERTABVS POSTERISQ. EORVM.

¶ Ibidem.

DIS MANIB.

LVCRETIA DAPHNE DE SVO FECIT SIBI ET
L. PIARIO CERDONI CONTVBERNALI SVO CARISS.
DE SE BENEMERENTI.

¶ Ibidem

. D. . M.

M. TARQVITIO SEVERO. V. A. V. M. VII. D. IIII. ET
PATRI TARQVITIO SEVERO. V. A. XXXV.
FECIT TARQVITIA LACENA. D. PIISSIMO ET CONIVGI KA.

¶ Ibidem.

. D. . M.

CORNELIAE CASTAE
QVAE VIX. AN. X. M. V.
FEC. ATEREIA FORTVNATA NEPOTI SVAE ET
ETEREIO PRISIO LIB. SVO.
. B. M.

SIBI ET SVIS LIB. LIBQ. POSTERISQVE EORVM.

QVISQVIS EVM MONIMENTVM VENDERE AVT
TERRAM EIVS VOLET. INF. AERARIO. P. R. HS.
L. M. N. INFR. P. X. IN AGR. P. X.

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS.

LICINIA VENERIA FECIT SIBI ET
C. TYRANNO. C. VALERIO. P. MALLIO SECVNDO CONIVGI
P. MALLIO TYRANNO. F. C. FVLCINO DEXTRO
LIB. LIBERTABVSQVE SVIS POSTERISQVE EORVM
. H. M. H. H. S.

¶ IBidem.

DIS MANIBVS SACRVM.

L. CORNELI SECVNDI EX PROVINCIA LVSITANIA SAIACENSIS.

¶ I bidem.

DIS MANIBVS.

SALLVBIO AGATONI SALLVBIA HELPIS FECIT SIBI ET. S. L. L, Q. ET FILIORVM POSTERISQ. EOR. NE DE NOMINE EXIRET.

¶ Ibidem.

HONO PR ꝶ

A MA XO BI.

LVCILLVM

GA VDE NTI

ACHILEVS PATRONO

¶ Ibidem.

.D. .M.

L. TVLLIO. L. F. PATRI LICTOR. IIII. DECVRI. R. PATRONO OPTIMO AVVNCVLVS LIB. FEC.

¶ Ibidem

D M

VERVEX ET PVERI PVER VNVS SPONSA MARITVS
CVLTELLO LIMPHA FVNE HIC DOLORE CADIT
ESSE PVTAS MARMOR LATET CVM HIC CASTORE POLLVX
MVNVS OLORINO DE IOVE LEDA DEDIT.

¶ CAPVT . XVII. DE . V . REGIONE PONTIS.

¶ In ſancto Apollinari in Vrna aquæ benedictæ:

DIS MANIBVS

STLACCIAE ELPIDIS . A . STLACCIVS EVTYCHVS COLLI
BERTAE BENEMERENTI ET SIBI.

¶ Ibidem in pauimento prope roſtra chori.

.D. .M.

IVLIA ZERTYLLA . T . STATILIO FILETO COIVGI .B.M.FEC.

¶ Ibidem in pauimento inter roſtra chori

D M

L.CLVVI TACITI.V.A.VIII.M.II.D. XVII.FORTVNAT.FIL.PIIS

¶ Ibidem in pauimento a latere dextro chori.

A ☧ ω

INSOMNVM PACIS FEMINN . APRONIA NE
TAE IIII. ANNORVM QVAE NIHIL
FRVNITA.

¶ Ibidem in pauimento prope altare maius.

D M

M.IVLIVS MONTANVS VLPIAE MARCIANE CONIVGI.B.M.FE-
CIT ET SIBI ET SVIS LIBERTIS LIBERTABVS POSTERIS EORVM.

¶ Ibidem.

PHROSYNAE . Ɔ . L . ALBANVS TVPLEA PRIMIGE-
NIVS THIMENE.

¶ In eodem ambitu in horto Cardinalis Agenenſis.

.D. .M. .S.

AELIAE DAPHNAE MATRI DVLCISSIMAE QVAE. V.
AHS. . XLV . M . VIII . D . V . AVR . MOECIANVS
AVGG . X ET . T . LAEONAS AVGG . VERNAE
FILI CARISSIMI CVRANTE AELIO AMERIMNO
LIB . C

¶ Ibidem.

COCCEIAE ENICE DOMITIAE
F. CHRYSAE
VIX. ANN. XXIV. M. IIII. D. XXIV.
HERMES COCCEIAE BASSAE
ACT. CONIVGI BENE.M.

ETERNAM TIBI SEDEM HERMES ARAMQ.
DICAVI
NICE, OPTASEMQVE VTINAM TVA FA,
TA SVPERSTES
VT MIHI TV FACERES SED INIQVA SOR
TE MALIGNA
RAPTA IACES ANNIS IAM VIDVATA
TVIS
IAM TIBI CYBELES SINT ET ROSA GRA
TA DIONES
ET FLORES GRATI NYMPHIS ET LILIA
SERTA
SITQVE PRECOR MERITIS QVI NOSTRA
PARENT TIBI DONA
ANNVA ET HIC MANES PLACIDA TIBI NO
CTE QVIESCANT
ET SVPER IN NIDO MARATHONIS CAN
TET AEDON.

Ibidem

.D. .M. .S.

M. AVR. EVRETO CONIVGI CARISSIMO. Q. V. A. LXVIII. M. VIII. SEPTIMIA FELICISSIMA VXOR, ET. M AVR. EVRETVS ET SEPTIMIA EVRESIA ET AVR. PVDENTIANVS FILI CARISSIMI NEGOTIANTI PVLLARIO PATR. B. M. F.

pullarius

In pariete prope turrim Sanguineam.

.D. .M.

QVINTIAE. L. L. GRAPPTAE OPTIMAE FEMIN. ET DE SE BENEMERITAE SEX. MVTRONIVS SVCCESSVS.

In palatio Cardinalis Volaterrani.

.D. .M.

OCTAVIAE. C. F. VOLVSIANAE PIENTISSIMAE QVAE VIX. AN. XVIIII. M, III. D. XII. OCTAVIA SOTYRA MATER PIENTISSIMA ET. C. OCTAVIVS SPARSIANVS PIENTISSIMVS ET LIRINIVS LVCINIVS MARITVS OPTIMVS FECERVNT ET. S. ET. S, P. Q. E.

In pariete cuiuſdam domus poſt. ſ. Ant. de natione Portugall.

.D. .M.

M. SATVRIVS. M. F. CLA, MAXIMVS CELEIA EQ; COH. X. PR, — APTI, MIL. ANN. XII. VIX, ANN. XXX. H. F. C.

XII

In domo. D. Hieronymi de Stecchatis

OMNIBVS OFFICIIS IN CALLIGA FVNCTO CENTVRIONES LEG. TRAIAN. FORTIS OPTIMO ET DILIGENTISSIMO IN CVIVS DED. COL. DEDIT. L. D. D. D,

M. APPIO CAPIONI.

In ſtabulis. D. Caroli de Martellis

D. .M.

C. BAEBIO MVSAEO MACHINATERI. C. BAEBIVS SYMBICES FRATRI ET CON LIBERTO MERETISSIMO.

Ibidem in alio marmore.

L. VOLVSIO VRBANO NOMENCLATORI CENSORIO.

¶ In ſancta Maria in Poſterula.

DIS MANIBVS.

SEMIRAMIAE LICINIANAE FI. C. VINEDIVS FELICISS. QVEM LOCO FILIAE DILIGO OB MERITA EIVS VIVVS VIVA FECIT.

Ibidem prope in pariete cuiudam domus.

MINVCIO ASELLANO EVOK. IVLIO HILARA. IVLIO MODESTINO. IVLIA MODESTINA CONIVX. CONIVGI ET FILIVS SVIS BENEMERENTI FEC.

Apud ponte .s: Angeli ſupra portam domus Franciſci de Sinebarbis.

QVI COLITIS CYBELEN / ET QVI PHRYGA PLANGITIS ATTIN
DVM VACAT ET TACITA DYNDIMA NOCTE SILENT
FLETE MEOS CINERES NON EST ALIENVS IN ILLIS
HECTOR / ET HOC TVMVLO MYGDONIS VMBRA TEGOR
ILLE EGO QVI MAGNI PARVVS COGNOMINIS HERES
CORPORE IN EXIGVO RES NVMEROSA FVI:
FLECTERE DOCTVS EQVOS: NITIDA CERTARE PALAESTRA
FERRE IOCOS ASTV / FALLERE NOSSE FIDEM
AT TIBI DENT SVPERI QVANTVM DOMITILLA MERERIS
QVAE FACIS EXIGVA NE IACEAMVS HVMO.

¶ Ibidem ante domum.

D. M.

C. VERGILIVS MORTANVS COLONVS AGRI
C. AELI AENEI CONIVGI.

CONIVGI CASTAE. CARAE. BONAE. PIAE. FIDELI. DVLCI. CARAE. AMANTISSIMAE. DESIDERATISSIMAE SODALICIARIA CONSILII BONVM.

¶ Ibidem.

D M

ANNIO HILARO ET FLAVIO ROMVLO ET ANNIA FELICLAE SOTERIS QVORVM CORPORA VIRGINIA HIC CONDITA SVNT, AD BENE QVIESCENDVM.

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS.

M. VLPIO ACHILLAE. VIX. AN, XV. D. XVIII, H. VIII.
PER QVOS CVLPARI SOLEMVS CAVETE QVONIAM AVDITORIA ET AVENTIBI PROXIMI EST. LEGITE

¶ In ſancto Celſo :

QVAM VIS NATE TVOS MORS INVIDA RVPERIT ANNOS
APSTVLERINTQVE TVOS DVMQ. SEPVLCHRA DECVS
NON TAMEN HIS SECVM POTVIT DEDVCERE LAVDES
QVAS VIVENS SEMPER FAMA SVPERSTES HABET
MAIOR ENIM LONGA VENIENS DE STIRPE SENETOR
AVXISTI MENTIS NOBILITATE GENVS
IVDICIS IMPERIVM SERVANS BONITATE MGRA
CVM TIBI SVBIECTIS TV QVOQVE MILES ERAS
VRBANOS FASCES GAVDENS TIBI ROMA PARABAT
CONSILIO FRATRIS NVNC MODERATA TVI
FIDVS AMICITIAE CVSTOS AMBITOR HONESTI
IVSTITIAE CVLTOR PACIS AMATOR ERAS
GRATVS/DVLCIS/OVANS/HVMILIS/PIVS/EI MIHI QVANTIS
PRIVAVIT MISERVM MORS INIMICA BONIS
TE LEVITA PATER/SOBOLES CONIVNX/QVE FIDELIS
TE MIXTIS LACHRYMIS LONGE ET AMATA DOMVS
NIL TIBI DEFENDENS FAMVLVM MIHI NATE PARASTI
VT TIBI SERVITII CRESCERET ALTER AMOR.

¶ Ibidem prope in domo Antonii Spannochii de Senis

APOLLINI PACIFERO EX VOTO LIBES SOLVIT MILES COHORTIS.X.PRAETORIAE CENTVRIA DASI AELIVS .C.LIBES VOTVM REDDIDIT.

¶ In domo Iacobi Corbini.

CORNIFICIA.Q.F.CAMERIQ.CORNIFICIVS.Q.F.FRATER PR.AVGVR.

¶ In ſancta Vrſula.

M. VLPIO.M.F.ET AGNATIO DE QVE ARDILI MAGISTRATO OMNIBVS HONORIBVS FVNERI. VIX.AN.XXXXI .M.VII.D.IIII.

¶ In domo Epiſcopi Paccii

D M
M.PACCIO ALEXANDRO PACCIA SECVNDA PATRONO .B.M.F.

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS
M.PACCIO SVCCESSO FECIT .M.PACCIVS VITALIS PATRONO.B.M

¶ In domo Raphaelis de Senis.

MEVIAE MODESTAE FILIAE PIENTISSIMAE QVAE VIX.AN.XIX M X.D.XXII.H VIII. MEVIVS DEC.GENILVS TYCHIVS PATER FECIT IN TITVLO.

¶ In ſancto Blaſio de Pagnotta

DIS MANIBVS.
FOSSIAE GNOME . L . VICIDIVS . L . F . CAM PRAE
SENS RAVEN : E . COH . VI . R . MATRI PIENTISSIMAE

¶ In ſancta Lucia uetere prope Tyberim.

VICTORIA VENITIANORVM SEMPER
CONSTET FELICITER.

¶ In palatio ſacræ Cancellariæ.

. D . . M . . S .
L . CAECILIVS . L . L . NATVS MENSE MAI HORA NOCTIS . VI .
DIE MERCVRII . VIX . AN . VI . DIES . XXXXVI . MORTVVS
EST . III . KAL . IVLIAS HORA . X . ELATVS EST . H . FREQVEN/
TIA MAXIMA.

¶ Ibidem prope in quodam pariete poſt ſtabula.

C . IVLIVS HERMIA EPHEBO DVLCISSIMO FILIO SVO
VIXIT ANNIS . III . ORCVS ERIPVIT MIHI IN QVO
SPES.

¶ In ſancto Angelo prope montem Iordanum.

CIARCIE VOLVPTATI . M . CLODIVS APRILIS
CONIVGI KARISS . F . ET . SIBI ET . S . P . Q . E .

¶ In palatio dominorum de Vrſinis in monte Iordano

. D . . M .

ANTONIVS PATERIOM COH , X . PR . > ARTEMONI . VIX . AN .
XXXV . MIL , AN . X . NAT . NYSIA SVPERIORI REG . RATIARESE
VICO NISCO AVRELIA VENER . COIVX . COIVGI KARISSIMO
HERES . B . M , F .

¶ Ibidem

. D . . M .
TVLLIAE APOLONIAE MATRI FAVSTINVS AVG . LIB .

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS.
VIPIO VRSINO EVOCATO QVI BIXIT.A.XXXX. M,II.
.D.XV.MVMMIA AFRODITAE POSVIT MARITO PIEN
TISSIMO.B.M.ARCADI OXA TIBI BECES QVANT.

¶ Ibidem:

VRSVS ALVS CIVIS SATRAPES EX VMBRIA IN ARMIS FLORVIT
ADVLESCENS VERO POSTQVAM FACTVS EST AEQVATVM CAPI
TOLIVM RECONDIDIT TABVLARVM LEGES SERVAVIT.R.P.A
FALISCIS LIBERAVIT.QVIRITES IN EXILIVM PONTES REFECIT
PLEBEM PACAVIT DIVISVM IMPERIVM RECONCILIAVIT
VIX.AN.XLVIII.MEN.X.D.IIII.

¶ Ibidem ſubditur:

VITVRIA VRSI ALI VXOR CARISSIMA AVG.CAESAR.NEPTIS.
QVAE DE PVDICITIA VERSVS CONDIDIT
VIX.AN.XL.M.X.D.IIII.
EORVM SVPERSTITES FILII OCTO FILIAE SEX
PRO SEIPSIS POSTERISQVE EORVM

¶ Ibidem.

TI.VILLIVS.T.F.OVF.IANVARIVS VET.COH.VI.PR.ET PVDEN
TIS.ET VILLIAE BRVTTIACH.CONIVGI.B.M.SE VIVAE FECIT SI
BI ET SVIS POSTERISQ.EORVM.P.DE.CL.TI.O.

¶ Ibidem:

DIS MAN:

P.AELIVS.P.F.SER.A.POLLINI.NICOP.FACTVS MIL.AN.XXI.
MISSVS HONESTA MISSIONE AN. XXXVI. EX COH.VI.PR.
T.VITANI CORNELIANI EX VOTO IOVI CONSERVAT. ET
COMM.SVIS ET FVT.SIGNVM CVM BASSE.D.D.L.M.C.
BELLICIO TORQ.P.SALL.CONSS,

¶ Ibidem:

.D. M.
EARINO CAES.SER.PEDI SEQVO ZOSIMVS FRA
TRI PIISSIMO BENEMERENTI.

¶ Ibidem.

TI. CLAVDIO CLYPTO HYMNOLOGO DE CAMPO CAELEMONTANO .V.A.XXV.M,VIII.FECIT.L CEIONIVS MAGNVS FILIASTRO .B.M,ET TI.CLAVDIVS CHRYSOGONVS FRATRI PIENTISSIMO

¶ In eodem ſaxo.

P.RABINA.P.ET.Ɔ.L.NVPTA.P.L.RABINIVS DAMA RABINA .P.ET.Ɔ.L.PRIMA.

¶ Ibidem.

.D. .M.

D.IVNIO PRIMIGENIO QVI VIX.ANN.XXXV. IVNIA PALLAS FECIT CONIVGI KARISSIMO ET PIENTISSIMO DE SE BENEMERENTI CVM QVO VIXIT ANNIS.XVI.MENSES.VI.
DVLCITER SINE QVERELA.

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS.
POPILLA FELICVLA PIA SANCTA CARA
SVIS ET MENOPHILO CONIVGI
COLLIB.SVO.V.A.XIIX.

HVNC EGO NVNC TITVLVM STATVO TIBI CARISSIMA CONIVX
LVCTVOSVMQ. MIHI QVI SCIO QVID FVERIS
EXTREMVM OFFICIVM QVONIAM TIBI REDDERE COGOR
ET MERITO HOC FIERI TESTIS ET IPSE LOQVOR
NVNC VOS CONTESTOR MANES QVIBVS OSSA RELINQVO
TELLVS HVIC TVMVLO NE GRAVIS ESSE VELIS.

¶ Ibidem.

Q.MVRSI FORTVNATI.Q.V.A.LXX.M.V.D.XI.APVLEIA PRISCA.B.M.F.SIBI ET SVIS.L.L.Q.P.Q.E.ITVM AMBITVM.H.M.H.H.S.

¶ Ibidem.

.D. .M.

L.SEPTIMIVS ANTIGONVS MIL.COH.VI.PR.
FILIO ANTIGONO DVLCISS.B.M.Q.V.AN.I.

¶ Ibidem.

. D . . M .

C. VIBIVS . C . L . HELENVS : C . VIBIVS
C.C.L.FELIX VIBIA.C.Ɔ.L.LATINA FECIT
VIXIT AN. XIX:

In museo Card. Campegio

QVAE TIBI CVMQVE MEI POTVERVNT PIGNORA AMORIS
NATA DARI POPVLO SVNT LACRVMANTE DATA
ET VOLVI MAIORA NIMIS. SED CVNCTI MEORVM
FIDA TVEI PROHIBET ME CINEREM ESSE ROGI

P. RABINIVS . P . L . HILARVS VIBIA . C . ET
Ɔ . L . STRABENA.

¶ Ibidem.

VIXISSES VTINAM ET POTIVS MEA CARTA TACERET
QVAM MIHI SCRIBENDI CAVSA LATINA FORES
VIXISSES, VEV TE SVRGENTEMQ . IN VOTA TVORVM
ASPICEREM ADDICTAM MANIBVS IRE SACREIS
SED QVONIAM PARCIS VERITVMST . NIHIL ACCIPE NOSTRI
AETERNAS, EHEV CARMINIS EXEQVIAS

¶ Ibidem.

HIC SITA QVAE VIXIT DVO DE TRIGINTA PER ANNOS
VNANIMI CALPVNIANO SOTIATA MARITO
NOMINA MATVRA TVDER. EST MIHI NOTA PROPAGO
AVFIDIVS GENITOR, GEMVIT ME PLANIA MATER
QVADRAGINTA DVOS MECVM FERO FLEBILIS ANNOS
RAPTA MEIS FATIS SVPERI SIC NAMQVE IVBEBANT

¶ Ibidem.

Q . SALVSTIVS . Q . L . HELIADES . V . SALVSTIA . Q . L ADELPHE.

Q . SALVSTIVS . Q . L . PROTVS. SALVSTIA . Q . L . SYNERIA

Q . SALVSTI . SENONIS SALVSTIVS, Q . L . PHILOX SENVS FEICT

Q . SALVSTIVS . Q . L . POTHVS SALVSTIA HIDEPHILE . L .

Q . SALVSTIVS . Q . L . CORYMBVS . V . SALVSTIA . Q . L . PRIMA.

Q . SALVSTIVS FELIX , SALTVSIA PRIMIGENIA . V . A . VI.

¶ Ibidem

Q. SALLVSTIO SALVILLO ET . V. PRIMAE SALLVSTIAE PARENT
BVS VRBANA. F. PIETATIS CAVSSA.

SALLVSTIA. Ɔ. L. CHRESTE. Q. SALLVSTIVS. Q. L. PHILENO. SAL
LVSTIA. Q. Ɔ. L. MAXVMA.

SALLVSTIA HEDONE. Q. SALVSTIVS. Q. L, SELES.

SALLVSTIAE. Q. L. NOBILINI IASO FECIT.

¶ Ibidem:

DIS MAN: DIS MAN:
L. AELIO SVCCESSO L. AELIO SVCCESSO
FECIT LATIVS ANICETVS FECIT OMNIA ROM. CON.
PATRONO BENE DE SE MERENTI
MERENTI DE SE
. H, . M. . E. . H, . I, . S.
ET. L. AELIO DAP HNO CONLIB
LIBERTIS LIBERTAB VS NOSTRIS
INF. P. X. IN AGRO P. X I V.
ET VALERIÆ SABINÆ DONAV ERVNT INTRO LAVSTERIE
AEDEVIA ET ANTE AEDICVLA. D. M,

¶ Ibidem.

SCRITIA. Ɔ. L. D. GRATTIVS
IZMARAGDIS: STABILIO.

¶ Ibidem:

CRITO . P . TARTARI.

CALAMVS ANTONIAE BRVSI SERVOS.

D.FOFINI.D.L.PHISEROTIS FVFIAE ,C,ARETHVSAE.

SVLPITIA,A,L.ICONIO.V.A.XXV.SVLPITIVS.A.L.DIONYSIVS.

FABIA DOXA CLEANDRO DRAMAE P.MARITO.B.M ET SIBI POSVIT

FECIT CONIVGI DE SE.B.M.FAVSTINAE CASCELIVS HILARVS CLYPTE BENEDICTI.

COMINIAE PSYCARIONI CONTVBERNALI.P.COMIN ARCI POSVIT IVVENIA LIBERTA ET EIVS CONIVX. SERVVS.M. CLADI THETIALISCI SER.

SEX.TESSIO AGATHANGELO.V.A.XXXIII.TESSIA EPITHEMETE MAT.P.FEC.ET.S.ET.S.P.Q.E.

SVCCESSO.P.NONIVS APOLLOPHANES ET IONIA IANVARIA FILIO KARISSIMO.XXV.M.XI.D.V.

¶ In ſancta Maria de monte Iordano:

.D. .M.

EDYCHRVI ET MEDVSSAE AVG: LIB. TAVRVS PARENTI . P . B . M.

¶ Ibidem

.D. .M.

CLAVDIVS FLORVS MVRDINAE TROPHINAE CONIVGI CHARIS.B.M.SVISQ.POSTERISQ. IDEM MORDANVS.

¶ In ſancto Saluatore de Lauro:


CN.POMPEIVS CN.F.FVSCVS VIXIT.ANN.ET.M.VI.
POMPEIA CN.F.PROCVLA VIXIT.MENSES.XI.
CN.POMPEIVS FVSCVS P.FILIS SVIS POMPEIA CN.L.
PRIMIGENIA.M.EOR.

¶ Ibidem

.D. M.

IVLIA PELAGIA .V.A.XXV. MENS, VIIII. DIEB. XIV. THYRSVS HALIS TI. CLAVDI CAESARIS AVG. GERMANICI SER. DISPERIS CONTVBENALI SANCTISSIMAE BENE DE SE MERENTI ET SIBI.

¶ Ibidem.



¶ Ibidem.

D M

VERGINIAE SYTICHE VERGINIVS DIONYSIVS ET. VERGINIA SYNTICHE PATRONAE B. M, FEC

¶ Ibidem.

DIIS MANB.

C. CASSIO. C.F. GAL. SATVRNO LIBERTI PATRONO BENE MERENTI.

Q

¶ Ibidem in platea.

P. CVRTIO. P. F. TVTO SCRIBA AEDILITIO. P, CVRTIVS ONESIMVS PATER FILIO PIISSIMO FECIT SIBI ET CVRTIAE BACHIDI MATRI EIVS VIX. ANN. XVIII. DIEBVS. XV. S. S. T. H. N. ARA. H, N. S.

¶ In ſancto Simeone.

D. M.

L. PERPERNA HERMES FECIT PERPERNIAE MVSAE PATRONAE SVE ET PERPERNIA VICTORIAE ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM. H. M. D. M. A.

¶ Ibidem

D. M.

L. PLAVTIO DIOGNETO CONIVGI CARISSIMO ET DIOGNETO FIL. DVLCISSIMO PRIVATA CONIVGI ET FILIO. B. M. F.

¶ Ibidem in urna aquæ benedictæ.

D. M.

SEXTO AVFIDIO GLYCONI AVFIDIA EVGENIA COLLIBERTO BENE MERENTI FECIT.

¶ In domo. D. Gaſparis Blondi:

D. M.

TIB. CL. HONORATIANI CASTRENSIS MORINI IN CIVITATE SVA SACERDOTALIS LOCVM CLVDENDVM CVRAVIT. T. IVLIVS MARTIALIS AMICVS.

¶ Ibidem:

ARGIVE VICTOR HERCVLES DONVM HOC TIBI VRBANVS PRAETOR VELDVMNIANIVS VIVVS:

¶ In domo Pauli de Alexiis:

M. AVREL. SENECIONIS. MIL. COH. V. PR. P. V. EX T. CAECILIANI. Q. V. A. XXX. M. VLPIVS TITVS COMMANI PVLVS ET HERES EIVS CONTVBERNALI CARISSIMO POSVIT.

¶ Ibidem.

L. AQVILIVS. Ↄ. L. MODESTVS MAGI-
STER QVINQVENNALIS COLLEGI FABRO-
RVM TIGNVARIORVM OSTIENSIVM LV-
STRI. II. ISDEM AVGVSTALIS FECIT SIBI
ET EXQVILLIAE. L. F. APTE PATRONAE
ET DECIMIAE SP, F. MISCIE CONIVGI
SVAE ET SVIS LIBERTIS ET LIBERTABVS
DECIMIEAS SP. F. PRISCAES POSTERISQ.

EORVM.

IN FR. P. XL IN AG. P. XXX S.

HAEC AEDIFICIA PROPRIA COMPARATA FA-
CTA DICATAQ. SVNT MONVMENTI SIVE
SEPVLCRVM EST. ET OLLARVM QVAE IN
HIS AEDIFICIIS IN SVNT ET CONSECRATAE
SVNT RELIGIONISQVE EARVM CAVSA
A C. COMINO SYMPHORE ET LIBERTIS
LIBERTABVSQ. POSTERIS EORVM.

L. TVRCIO APRONIANO. V. C, FILIO
L. TVRCI APRONIANI. V. C. PRAEFE-
CTI VRBI NEPOTI. L. TVRCI SECVNDI
V. C. CONSVLIS QVAESTORI PRAETORI
QVINDECIMVIRO SACRIS FACIVNDIS COR
RECTORI TVSCIAE ET VMBRIAE OMNI
VIRTVTE PRAESTANTI STATVAM EX AERE
ORDO SPOLETINORVM AD MEMORIAM
PERPETVI NOMIMIS COLLOCAVIT.

CVRANTE FLAVIO SP. F. V. P. ET

CODONIO TAVRO IVN.

POST AMANTI ET ALBINI CONS.

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS.

D. LABERIVS ANTIGONVS ET LABERIA PRIMA FECERVNT
SIBI ITV AMBITV POSSIDERE LICEAT
LIB. LIB. Q. POST. SVIS.

¶ Ibidem.

.D. .M.

CN. CATTIVS ONESIMVS ET MVNIA SECVNDA FECERVNT,
CN. CATTIO PALATINO FILIO SVO Q. V. A. VII. D. XV. ET
CATTIAE ATHENAIDI QVE VIX. AN. X. DIES. XXV. ET
M. MVMIO GERMANO CONLIBERTO SVO ET
SIBI ET. S. LIB. L. P. Q. SVORVM.
.H. M. ꝶ. TH. NON SEQ.

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS.

M. IVLIVS THEANGELVS FECIT. M. IVNIO EPI
CVRO. V. A. XXI. ET AEMILIAE PRIMAE CON
TVBERN. SVAE POSTQ. S. L. AEMILIO
MACEDONI. A. XVIII.

¶ Ibidem.

NVMISIAE MAXIMILLAE. V. V. MAX. TI. IVL. BALBIL
LVS S. SOLIS DED. IDIB. IAN. L. ANIO FABIANA
M. NONIO MVCIANO COS. NATRONIA TI. L. TRO
PHINAE FECIT SIBI ET SVIS.

¶ Ibidem.

PATER FILIAE VICTORIAE. B. M. FECIT. Q. V. AN
NO VNO: M. VII. VINICIA PRIMIGENIA. V. A. XXXVII.

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS

SCANTIA VENVSTA EMIT SIBI ET SCANTIO PROTOCONIVGI
SVAE ET TI. CLAVDIO REGILLO AMICO CARISSIMO, INTRANTI
BVS PARTE DEXTERIORE DIMIDIA LIB. LIB. Q. POST. Q. E.

¶ Ibidem.

T.FL.AVG.LIB.PARTHENOPAEI POPPEANI EVNICHI AB ORNAMENTIS.V.A.LXXV. T.FL.NICEPHORVS LIB.PATRONO SANCTISSIMO ET PIENTISSIMO BENEMERENTI FECIT.

¶ Ibidem.

CORPVS AVG. L. PALANTIANVS. ADIVTOR CLAVDI ATHENODORI PRAEF. ANNONE FECIT SIBI ET CLAVDIAE CALE CONIVGI PIISSIMAE ET TI. CLAVDIO QVIR. ANTONINO FILIO ET TI. CLAVDIO ROMANO VERNAE ET LIB. LIB. Q. POST. Q. EOR.

¶ Ibidem:

DIS MANIBVS.

P. AELIO MAXIMINO MIL. COH, V. PR. P. V. EX, T. MONNI. Q. V. A. XXXI, M. VIII. MIL. A. XII. OMNIBVS EXPEDITIONIBVS FVNCTO AVRELIVS SEXTIANVS COMMANIPVLVS ET HERES EIVS CONTVBERNALI KARISSIMO POSVIT

¶ Ibidem.

IMP. CAESARI DIVI NERVAE. F. NERVAE TRAIANO AVG. GERMANICO DACICO PONTIF. MAXIMO TRIBVNI. POT. VII. IMP. IIII. COS. V, P. P. TRIBVS. XXXV. QVOD LIBERALITATE OPTIMI PRINCIPIS COMMODA EARVM LOCORVM ADIECTIONE AMPLIATA SINT.

¶ Ibidem

.D. .S.

MARCANA VERISSIMA FECIT. M. NONIO AEMILIANO CONIVGI KARISSIMO CVM QVO VIXIT ANNIS. XII. DIES. III. QVI VIX. ANNIS. XXX. MENSIB. III. B. M.

In domo epiſcopi Hortani:

DIS MANIBVS
C, IVLIO, C. L. METRODORO IVLIAE C. L, PHERVSAE
C, IVLIO. C L, MERCVRIALIS, V, , A: . XIX.
C. IVLIO. C, F, METRODORO, V: A. IIII, M. IIII. D, XXVI.
C. IVLIO, C. L, AGATHOPODI IVLIAE, C, L. SYMPHERVSAE.
SIBI ET SVIS.

Apud epiſcopum Caiacen̄:

L. CVSONIO. FILIO PROCVLO CL. THESALONIC. EQ. COH. VIIII. PR. CREPEREI. V. A. XXXV. M. A. XII. EX TESTAMEN FIERI IVSSIT. L. VALERIVS ORESTINVS. H. F. C.

Ante domum. D. Proſperi Boccacii:

L, RAGONIO PAP. VRINATIO TVSCENIO QVINTIA NO, L. RAGONI VRINATI LARGI QVINTIANI COS, FILIO ARTEMIDORVS LIB.

In ſancto Blaſio de Foſſa:

DIS MANIBVS
P. MEMMIO CHIROCRATI VIXIT ANN XLIII. MENS. VIII DIEB. XX. PACCIA DEVTERA DE SE BENEMERENTI FECIT SIBI ET SVIS POSTERISQ. EORVM.

Ante domum Ceci de Monteleone.

Q. ENEIVS. Q. F. LEM. MONTANVS BONONIA MIL. COH. II. PR. > IVLI SECVNDI MILIT. AN. XV. VIX. ANN. XXXIII. T. P. I.

In angulo domus cuiuſdam prope .ſ. Mariam Pacis.

POMPONIVS. Q. F. LEMONIA BONONIA FORTVNATVS. M. COH VIII. PR. > PERPENNE MIL. AN. IX. VIX. AN. XXIIX. T. P. I.

Ibidem

Q. FABIVS AFRICANI. L. CYTISVS VIATOR QVAESTORIS AB AERARIO SER. LIBR. TRIBVNICIVS SER. LIBR. QVAESTORIVS TRIVM DECVRIARVM.
C. CALPETANVS. C. L. CLIPTIVS VIATOR PVLLARIVS PRIOR. VIR. CVLICINAE. L. NVPIDIVS. L. L. PHILOMENVS SER. LIBR. Q. IIII. DECV RIARVM CYTISI FRATER PIVS ET FIDELIS. C. PROCVLEIVS. C. L. HERACLEO CVLICINAE PATER PROCVLEIA STIBIAS MATER CVLICINAE ET LIVIAE DIVAE AVG. L. CVLICINAE PLASIDIENA L. F. AGRESTINA CALPETANI LIVIAN. PRIMIPIL.
Q. IVLIVS FAENTINVS ALVMNOS CVR. ARTIFICIBVS POSVIT.

¶ Ibidem.

TV QVI SECVRA PROCEDIS MENTE PARVMPER
SISTE GRADVM QVAESO VERBAQ. PAVCA LEGE
ILLA EGO QVAE CLARIS FVERAM PRÆLATA PVELLIS
HOC MOMONEA BREVI CONDITA SVM TVMVLO
CVI FORMAM PAPHIAE, CHARITES TRIBVERE DE/
COREM
QVAM PALLAS CVNCTIS ARTIBVS ERVDIIT
NON DVM BISDENOS AETAS MEA VIDERAT ANNOS
IN IECERE MANVS INVIDA FATA MIHI
NEC QVAEROR. HOC. ME PRO MORTE EST MIHI
TRISTIOR IPSA
MAEROR ATENEI CONIVGIS ILLE MEI.

SIT TIBI TERRA LEVIS MVLIER DIGNISSIMA VITA
QVEQVE TVIS OLIM PERFRVERE RE BONIS
SI PENSARE ANIMAS SINERENT CRVDELIA FATA
ET POSSET REDIMI MORTE ALIENA SALVS
QVANTVLACVMQVE MEAE DEBENTVR TEMPORA
VITAE
PENSASSEM PRO TE CARA HOMONEA LIBENS.
AT NVNC: QVOD POSSVM: FVGIAM LVCEMQ. DEOSQ.
VT TE MATVRA PER STYGA MORTE SEQVAR.

PARCE TVAM CONIVX FLETV QVASSARE IVVEN/
TAM
FATAQVE MOERENDO SOLLICITARE MEA
NIL PROSSVNT LACHRYMAE, NEC POSSVNT FATA
MOVERI.
VIXIMVS. HIC OMNEIS EXITVS VNVS HABET
PARCE. ITA NON VNQVAM SIMILEM EXPERIARE
DOLOREM:
ET FAVEANT VOTIS NVMINA CVNCTA TVIS
QVODQVE MIHI ERIPVIT MORS IMMATVRA IV/
VENTAE
ID TIBI VICTVRO PROROGET VLTERIVS.

¶ In ſancta Maria de Pace.

. D . . M .

C. POMPEIO EVSCENO CONDITORI FACTIONIS RVSSATAE ET FACTIONVM PRIMVM PATRONO. B. M. OPTIMO ET PIENTISSIMO FEERVNT LIBERTI ET HEREDES FECERVNT DE SVO.

¶ bidem.

.D. .M. .S.

VLP. ANTIOCHIDI CONIVGI ET SIBI HILARVS AVG. LIB. VIVVS FECIT CORNELIAE LIB. HEDONES VIX. A. XLIV. ET CORNELIO L. F. PRIMO VIX. A. IIII. M. V, D. VI, L. CORNELIVS PRIMVS PATRONVS CONIVGI OPTIMAE ET FILIO PIISSIMO FECIT.

¶ Ibidem in horto

:D. .M:

L. MVSSIO. L. F. PINO VIXIT AN. IIII. M. X. D. XXVIII.
L. MVSSIVS PETREIVS ET MVSSIA TYCHE FILIO
PIISSIMO FECERVNT SIBI SVISQ:

¶ In ſancto Nicolao in Agonis.

.D. .M.

Q. GAVI ANICETI. V. A. XXXI. M. V. D. XI.
EPICHANIVS CONLIBERTIS. B. M. F.

¶ CAPVT. XVIII. DE. VI. REGIONE PARIONIS.

¶ pariete domus eccle. cuiuſdā poſite retro ſancta Maria de Anima Hoſpitale Teutonicorum

.D, .M.

T. FLAVIVS VITALIS FEC. SIBI ET POSTERISQVE EIVS LIB. LIBERTABVSQVE. QVORVM NOMINA, I. S. S. POSTERISQVE EORVM MERCVRIALI. HILARI. CINNAMO. SATVRNINI. CRESCENTI. SER. RESTITVTAE. FORTVNAT. FESTAE, COLICNIDI ANCILLAE, I.

¶ Ibidem.

CLAVDIAE TI. F. SECVNDAE SEMPRONIA. L. F. FORTVNATA AMICAE CARISSIMAE. F. ET. C. LARGIVS EVPHENIVS CONIVGI SANCTISSIMAE.

¶ In domo. D. Marii de Mellinis

IVLIAE FORTVNATAE OPTIM: CONIVGI ERGA SE BENE MERENTI FECIT. C: OCTAVIVS CLYTVS ET SIBI ET SVIS POSTERISQVE EORVM.

SECVRITATI

in aedibus de la valle.

COGNATIONI SVAE FORTVNATVS AVG. L. VERNA PATERNVS AB EPISTOLIS ACCENSVS PATRON. DIVO AVG. VESPASIANO LICTOR CVRIAT. VIAT. HONOR. DEC. COS. ET PR. ET SIBI ET EPAPHRODITO AVG. L. AB EPISTOLIS FRATRI SVO.

postea iterũ [illegible] fol. 100

¶ Ibidem.

DEIS MANIBVS.
IVLIAE LARINAE ET
CLAVDIAE NARBVLLAE

¶ Ibidem.

VOLVSIAE ARBVSCVLAE PALLANS. Q. N. AFRVM CONTVBERNALI CARISSIMAE ET SIBI PERMISSV DEC.

¶ Ibidem:

DIS MANIBVS
CORNIFICIAE FAVSTILLAE LIB. EVPORIA SIBI ARA IN FRONTE PEDES . X . IN AGRO PEDES . X.

¶ In domo . P: Simeoni Vitię.

L: CARVILI: L. L: ERONIS VICCIA . L . L. HILARA:

¶ Ibidem

DIS MAN:

L . VETTIVS PHILEROS FECIT . SENTIAE HOSPITE CONIVGI SVAE . B . M . IVNIO SYNTROPHO ET SIBI ET SVIS POSTERISQ . EORVM.

¶ In atrio palatii Alfonſi Cardinalis Senenſis.

.D, .M.
VALERIAE IVSTINAE NATA CONVENA AQVITANIA. VIXIT AN . XXI. IVN . VALERIANVS MIL . COH . III . PR . Ɔ . FELICIS CION , B . M F,

¶ Ibidem.

HATERIAS HELPIS MATER.

¶ In ſancta Agnetę ibidem prope:

FORTVNAE PRIMIGENIAE. Q . LOLIO POLLOPHANES PATER ET FILIVS ET ALIA ARCHELAIS VOTO SVSCEPTO . L . S.

¶ In domo domini Petripauli de Mellinis:

DIIS MAN.

MYSTIL, VOLVSI SATVRNINI SER . VOLVSIA IRENE ET DORIO FILIO VIXIT AN . XV . M . VI . FILIO PIISSIMO.

¶ Ibidem

VRANIAE PRIMIGENIAE VRANIA PRIMIGENIA. FECIT SIBI ET . C . DOMITIO PRIMIGENIO VIRO. B . M . ET . C , DOMTIO PROCVLO FILIO PIISSIMO

¶ In Aedibus cuſtodis Cancellariæ.

.D. M.

AGRIAE AGATHE : P . OSTIENSIS HALLVS TVTOR . SEVIR . AVG . ET AGRIA THRY PHOSA HEREDES DE SVO FECERVNT . B . ET SI. BI . M .

¶ Ibidem.

SOLI . SACR.

C . IVLIVS HELIVS EERRARIVS VOTO SVSCEPTO . D : D .

¶ Ibidem.

APOLLINI

Q. LOLLIVS VRBICVS PRAEF. VRBIS.

¶ Ibidem.

SOLIS

A. RA . L . SPEDLVS QVADRATVS . D . D.

¶ Ibidem

T . IVLIO TI . FAB . FREQVENTI. VIX . ANN . VI . MATER FIL.

¶ In ueſtibulo ſancti Pantaleonis.

SVBITA FECIT SIBI ET SYBVS.

¶ Ibibem eccleſiam.

.D. .M.

QVINTIAE SP. F. SABINAE.

¶ In domo editui ſancti Pantaleonis:

A. PHVRIO PHOEBO VIX. AN, X. M. III, D. XXIIX.
PHVRIA DIOGENIA MATER ET CN. POMPONIVS EVCARPVS
PATER FIL, PIENTISS. ET SVIS. L, L, P. E.
HOC MONVMENTVM HEREDEM NON SEQVITVR. H. M. D. A.

¶ In domo Richardi Mazateſtæ

M. AVRELIVS ROMANVS ET ANTISTIA CHRESIME VXOR EIVS
FECERVNT SIBI ET LIBERTIS SVIS POSTERISQ. EORVM.
ITEM LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. E.
MONVMENTVM CVM AEDIFICIO SVPERPOSITO.

HOC AVTEM MONVMENTVM CVM AEDIFICIO NEQVE VENIET
NEQVE DONABITVR. NEQVE PIGNORI OBLIGATVR. SED NEC
VLIO MODO ALIENABITVR. NE DE NOMINE EXEAT FAMILIAE
SVAE.

¶ In domo. D: Franciſci Thomaſi de Senis.

. D . . M .

APHNIO QVI VIXIT ANN. XIII. MENS. XI. DIEBVS. XVI.
ACHILLEVS ET CLEOPATRA PARENT. FIL. DVLCISSI.

¶ Ibidem fragmento

SIBI ET
MARCIAE PRIMAE CONIVGI PIISSIM. OPTIME DE
SE MERITAE QVAE ANNVM TRIGENSIM. AEGENS
DECESSIT . D . . D .

¶ Ibidem

T. TERRENTIVS. C. C. L. ANTEROS ALVMNA-
RIVS VIVOS SIBI ET. T. C. TERENTIIS HILARO
ET EPAPHRODITVS PATRONIS EAECILIEA. C. L.
CHIAE VXORI TERENTIAE. C. L. MVSAE LIBERT
CAECILIO. C. D. L. HILARO MVSAE TR.

¶ Ibidem.

M. COELIO HERMA COELIA NICE
LIBER. PATRONO. B. M. F.

¶ In palatio. D. Hieronymi de Pici.

L. CORNELIO. P. F. SVLLAE COS.
PR. VII. VIR. EP VL. CLIENTES COS.

¶ Ibidem

FL. PVBLICIAE. V. V. MAX
MERITO SANCTISSIMAE AC PIISSIMAE QVAERITE ET PER VI-
GILI AD MINISTRATIONE OMNES GRADVS LAVDE CVMVLA-
TAS SACRA SVA VENERATA VIVIT VT SECVLARI AETATE MI-
NISTERIS AD SIT ET INEVTERO PERSEVERET.

Q. TERENTIVS RVFVS ET GALNIA
VERISSIMA PARENTES. TERENTIAE RVFILLAE. V. V. CVIVS
MVLTI TEMPORIS BONITATEM ET HVMANITATEM EIVS CIR-
CA SE IN BREVI SENSERVNT.

¶ Ibidem.

DIS MAN.
CLODIAE ANTIOCHID.

¶ Ibidem.

DIS MANIB.
LIBANO CAESARIS VERNAE AB EPISTOLIS
VIX. ANNIS. XVI. M. IIII.

R

¶ Ibidem

PARTHENIO CAESARIS VLPIA
RESTITVTA VXOR.

¶ Ibidem.

DIS MAN.

FLAVIAE AVG. L. IANVARIAE NARCISSVS CONL.
CONIVGI OPT,

¶ In Edibus Maximorum:

.D. .M.

TI. CLAVDI RVFINI FIL.

¶ Ibidem

DIS MANIB.

M. ANTONI ALEXANDRI DEC. PANEROTIS AVG. L. L.
SIBI ET ANTONIAE COETONIDI CONTVBERNALI SVAE
BENEMERENTI.

¶ Ibidem:

DIS MANIBVS

ANTONIA CHARIESSA SIBI ET. M. ANTO-
NIO MYRTILO CONTVBERNALI SVO BENEME-
RENTI DEDIT ET. M. ANTONIO BOETHO DEC.

¶ Ibidem.

D. .M.


DORYPHORO CEASARIS A CYATO VIX. AN. XX. D. XVIIII.
HERRIA VERECVNDA MATER FILIO PIENTISSIMO FECIT ET
SIBI.

¶ Ibidem

.D. .M.

IVNIAE LAVTIRES CONIVNG. CARISSIM.
Q. VIXIT, ANN. XXVI. DIEB. XII.
PRIMITIVVS MARITVS BENEMERENTI
FECIT.

¶ In porticu domus .D. Lucentii de Conſciaris



In ſancta Maria Grotta Pentā

DIS MAN.
ARTEMISIA CAESARIS VIXIT ANN. XXX. HOREA
FILEA MATRI BENEMERENTI FEC.
TITO CONIVGI PATRI PARENTI BENE. DICTO.
BENEMERENTI. CLODIA. DONATA FLAVIA PROCV
LA. CLODIA MATRI BENEMERENTI FECIT.

In ſancta Barbarā

.D. .M.

TVLLIAE. P. F. IANVARIAE OMNIVM FEMINARVM
CASTISSIMAE QVAE VIXIT. AN. XXXVIII. MEN. XX.
AVG. LIB. CONIVGI DVLCISSIME.

In palatio dñorum de Vrſinis apud campum Flore.

IMMORTALES MORTALES SI FORET FAS FLERE
FLERENT DIVAE CAMOENAE NEVIVM POETAM
ITAQ. POSTQVAM EST ORCHIO TRADITVS THESAVRO
OBLITI SVNT ROMAE LINGVA LATINA LOQVIER.

In Campo Flore in quodam taberna Aromatariā

. H. V. D. ARG. P. X.
POMPONIA ZMIRNA TESTAMENTO.

In ſancto Laurentio in Damaſo fragmentum

OMPEIVS GN. MAGNI HAEIC SITVS.

In domo .D. Io. Galli ſcriptoris penitentiariæ.

DIS MANIBVS.

Q. MANLIVS. Q. F. CAM. SECIVS ALBA POMPEIA VETER. V. A.
XLII. M. D, I VII. TRAPLATVS EX LEG. XXII. PRIMIG. IMPRAET.
COH. VII. IN Q. PERMILITAVIT ANN. XV. MISSIONE. Q. MAN
LIVS EPAPHRODITVS LIB. PATRONO PIENTISSIMO BENEME
RENTI FECIT ET SIBI ET SVIS POSTERISQ. EORVM.

¶ Ibidem.

.D. .M.

T. FLAVIVS CENTHLIVS NVMMVL. DE BASILICA IVLIA NATIO. BES. SIBI ET CONIVGI LIBERIS LIBERTIS LIBERTABVSQ. DEINCEPS DE DOMO SVA DESCENDENTIB. VIVVS FECIT, HIC IN. IIII. STABVL. AGITAVIT. NVMQ.

¶ Ibidem.

ANCHIALVS CVB. AED. Q. TER. IN AEDE DECVRIO AD LECTVS EX CONSENSV DECVRIONVM. FAMILIA VOLVNTATE.

¶ Ibidem

AMARANTHI .O.S.S. PATER FILIO VIX. ANNOS .XX.

¶ Ibidem.

VENERIA SPECLA VIX. ANN. XX. SIBI ET TITIÆ SECVNDÆ MAMMÆ FECIT

C. ASINIVS MALCHIO CONIVGI.

CONIVGIVM INCEPTVM QVAM MALCHIO MEMENTO
QVAE FVERIT NOBIS CONSOCIATA FIDES.
DESINE IAM FLERE FATALIS MIHI ORA MANEBANT
QVAE CONIVGIO DISTVLIT ILLA TVO.
TVNC TV TALIS ERIS QVALEM TVA DEXTERA NOBIS
SOLLICITVM PRAESTES SI CAPIT ILLA FIDES.

¶ Ibidem.

NVLLI PRECLVSA EST VIRTVS OMNIBVS PATET NON QVERIT DONVM NON CENSVM SED NVDO HOMINE CONTENTA EST. Deſs fol. 74

¶ In domo . D. Petri Brigei An domo Coritiana

SILVANO SANCTO

C . C . IVLI EVTYCHIO ET EVTYCHIANVS FIL .
. D . . D .
DEDICAVERVNT Q VE . XI . K . MAIAS . APPIO AN-
NIO TREBONIO GALLO . M , ATILIO METILIO BRADVA
C O S .

¶ In domo Dñi . A . Colotii ſecretarii Apl̃ici : ſiue in eius hortulo ad Aquam Virginem

C . F
. D . M .

Id. fol. 75 C. VERGILIVS. MARTANVS COLONVS. AGRI CAE-
LI. AENEI. ANVIENAE . CERTAE. COLONAE AGRI
S S. ANNORVM. XXII. COIVGI COIVGALI CASTAE
CARAE BONE PIAE FIDELI DVLCI CARE AMEN- A
TISSIMAE DESIDERATISSIMAE
SODALICIARIA CONSILI BONI . B . M .

C . F .

¶ Ibidem.

. D . . M .

M CAESONIO ALBANO , F BONO VIXIT AN . XX . MEN . VIIII.
D , X . LAELIAE RESTITVTÆ VXORI CARISSIMAE ET Q VIE-
TISSIMAE .
CAESONIAE M . F . PRIMAE Q VEM RELIQ , MEN . VII.
M . CAESONIO FORTVNATO . F . MINORI.
M . CAESONIVS PRIMVS PATER ET PVBLICIA SVCCESSA MA-
TER FECERVNT SIBI ET SVIS BENEMERENTIBVS Q VI HOC
TITVLO SCRIPTI SCRIPTAE VE SVNT .
H I C
OSSA SITA SV NT.

¶ Ibidem.

AELI AVG. LIB. ARGANTHONIS ATENEVS FIRMVS CORNI-CVLARIVS SVP. PRAEF. VIGIL. B. M. FECIT ET SIBI ET SVIS POSTERISQ. EORVM.

¶ Ibidem.

POSTVMIA. A. Ↄ. L. SECVNDA. V. A. VIII. ANIMA DVL-CISSIMA HIC SITA EST, FECIT, M. SEPTIMIVS FAVSTVS ET POSTVMIA HILARA DELICIO SVO DIGNISSIMO.

¶ Ibidem.

IMP. CAES. II. VESPASIANVS

AVG. PONT. MAX. TRIB. POTEST. VII. IMP. XVII. P. P. CENSOR. COS. VII. DESIG. VIII.

IMP. NERVA CAESAR.

AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS TRIBVNITIA POTESTATE COS. III. PATER PATRIAE REFECIT.

¶ Ibidem.

TI. IVL. BALBILLO SAC. SOLIS EVTY-CHES AVGG. LIB. OFFICINATOR A STA TIVIS. AMICO OPTIMO DEDICAVIT.
KAL. IAN.
P. CORNELIO ANVLLINO. III. ET
M. AVFIDIO FRONTONE COSS.

¶ In ſtabulis Cardinalis ſancti Georgii.

LABERIAE AVG. QVAE VIXIT ANN. XXI.
M. III. DIEB. VIIII.

¶ In eadem domo Dñi. A. Colotii ut ſupra

CAESONIAE. . M . F . PRIME QVAM RELIQVIT MENS . VIII .
VIXIT ANNOS . I . MENS . VI .
M . CAESONIVS PRIMVS AVOS PVBLICIA SVCCESSA AVIA LAELIA
RESTITVTA MATER FECERVNT .

¶ Ibidem.

AQVILONI
AQVI
LONIS VI
CIT.CXXX.
SECVND.
TVLIT
LXXXVIII.
TER.
TVL.
XXX
VII

HIRPINVS
,N. AQVI
LONIS VI
CIT,CXIIII.
SECVNDAS
TVLIT
LVI. TER.
TVL.
XXXVI.

In medio Epitaphio ſunt duo Equi deſultorii inter quos Vir unus.

.D. .M.
CLAVDIA HELICE
FEC .L. AVIL .L. DIONY
SIO CON.GR. RVSSATAE
CONIVGI DIGNISSI.

¶ Ibidem.

SEX. APPVLEIVS MEMOR VIXIT ANN. XX.	ALEXIO CAESARIS AVG. AB BYBLIOTHECE

¶ Ibidem.

C. SELICIVS. C. L. GLYCO. SIBI ET RVTILIAE. P. L. EROTINI
P. RVTILIVS. SP. F. COL. LVPVS RVTILIA, LVPI. LIB. OPORA SE
LICIA. C. LIB. MELETI.
C, SELICIVS. C. ET. P. RVTVLI LIB. FELIX.

¶ Ibidem.

CN. ATELLI. CN. L. HILARI. C. ANNEI. C. L.
HILARI SEXTILIAE. Ↄ. L. NICENIS.

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS PVLCINIAE, L. LIB. PHOEBADI
VIX, ANN. XX.
MALCHIO CLAVDIAE TI. FIL. GORGONICIDIS DISP.
SORORI PIISSIMAE FECIT.

¶ Ibidem.

IVLIA C I EVTERPE.

¶ Ibidem.

CN. ATELLIVS BASMVS POMPEIA ATHENAIS

Ibidem

. D . M .

ACHANTICI AN . X . M . VIII . VERECVNDVS PATER ET CHRYSEIS MATER FILIAE KARISSIMAE ET PIISSI .

Ibidem.

. D . . M .

PLVTIAE NICE . VIXIT ANNIS . XXIII . M . IIII . D . III . L . PLVTIVS , STEPHANVS CONIVGI DVLCISSIMAE FECIT .

Ibidem.

L . AQVILLIVS . L . L . PHILEMO

Ibidem.

DIIS MANIBVS.

VALERIAE . M . F . FORTVNATAE
VIXIT ANNOS . VIIII . MENSES . VIII .
DIES . XVIIII .
M . VALERIVS ANICETVS
VIX . AN . XX .
QVI FVIT SPON . EIVS

Ibidem.

.D, .M.
M . VALERIVS STRENVS FECIT SIBI ET ANTONIAE LANVVINAE CONIVGI . B . M .

Ibidem.

. D . . M .
SEX TAPPETIO MARCELLINO SEX . FIL . MILITI . CHORTIS . I . PR . > . IVLI MILITA . VIT . ANNIS , VIIII , H . F . C .

¶ Ibidem.

IMP. M. AVRELI ANTONINI AVG. PII
FELICIS PONTIFICIS CONS.
IMP. L. SEPTIMI. SEVERI AVG. PII
FELICIS PONTIFICIS ET PARTHICI MAXIMI
CONS. III. NVRVI
FILIAE.
Iſta linea abraſa eſt in marmore.
PONTIFICIS NOBILISSIMI PR PR NECESSA AVGG.
ET COMITIS PER OMNES EXPEDITIONES EORVM.
F. STATILIVS CALOCAERVS NOMENCL. CVM STATILIO DIONYSIO
TRIB. LEG. XVI. FLAVIAE ET STATILIO MYRONE DESIGNATO
RE SCAENAR. FILIIS ET STATILIO DIONYSIO DISCIPVLO FICTO
RVM PONTIFICVM. C C V V NEPOTE SVO AMPLA BENEFI
CIA DE INDVLGENTIA AVGVSTORVM SVFFRAGIO PATRIS EIVS
CONSECRATVS.

¶ Ibidem.

.D. .M.
PACTVMEIAE THEOFILAE DVLCISSIMAE

¶ Ibidem fragmentum.

CAESAR C. OCTAVIVS. C. F. C. N. C. P PATER
AVGVSTI C. Q. PR. TR. MIL. BIS. Q. AED. PL. CVM
COS. IN ASIA C. TORANIO IVDEX QVAESTIONVM
PR PROCOS. IMPERATOR APPELLATVS EX PROVINCIA
MACEDONIA.

¶ Ibidem.

Q. CLODIO CALVISIO HONORATO. C. P.

¶ Ibidem.

TI. CLAVDIVS. Ɔ. L. IANVARIVS VIXIT ANN. X. MENS. VI. DIES. XIII
IN HOC MONVMENTO CONDITVS EST.
TI. CLAVDIVS SCARIPHIL. VITALIS ARCHITECTVS VIXIT. A. XL.
FIAT SIBI ET SVIS.
TI. CLAVDIO VITALI V. A. III. M. VII. D. II.
CLAVDIAE VITALIS. L. PRIMOGENITAE
CLAVDIAE VITALIS. F. OPTATAE.

¶ Ibidem.

.D. .M.
C. ATTIVS APRONIANVS MIL. COH. XI.

Ibidem.



DIS MAN.

COSSVTIAE
ARESCVSAE . F :
CN : COSSVTIVS
AGATHA/GELVS
CONIVGI
SVAE ❦ BENE
MENTI
VIXIT ANNIS
XXXX.V

DIS MAN.

CN. COSSVTIVS
CLADVS
CN. COSSVTIVS
AGATHANGELVS
FRATRI . SVO
ISDEM LIBERTO
BENEMERENTI.F.
VIXIT ANNIS
XXX.V.

¶In domo . D. Ferdinandi Ponzetti.

.D. .M.

T. FARIONTIO. T. F. SABINO PATRI PIEN-
TATIS PATRONO PATRONORVM.

¶In domo Marii Maſei Volaterrani.

LEZBIAE. OSSA. HIC. SITA. SVNT.

HOSPES. STA. ET LACHRVMA. SIQVICQVAM HVMANI
TVS INTEST
OSSVA DVM CERNIS CONSITA MAESTA MIHI
QVOIVS LAVDATI MORES ET FORMA PROBATAST
ANCHIALO QVEM CVRA ANXIA DEBILITAT
LESBIA SVM QVAE DVLCIS MORES SOLA RELIQVI
ET QVOD VITAM VIVENS PARVI IN OFFICIEIS
SEI NOMEN QVAERIS. SVM LESBIA. SI DVO AMANTES
ANCHIALVS DVLCIS CVM SVAVE HOMINE SPVRIO
SED QVID EGO HOC CERNO MEA SVNT HIC OSSVA
IN OLLA
CONSITA VIVE HOSPES DVM LICET ATQVAE VALE.

¶Ibidem.

.D. .M. .S.

M. AVR. BASSVS MIL. COH. VII. PR. ET MAXIMI-
NIER EDES FECERVNT.

¶Ibidem.

. D . . M .

M. VLPIVS TVTHVMEVS FECIT VLPIO COMBLOTIA TIAPTI
LA ALIO BENEMETENTI.

¶ Ibidem.

TI. CLAVDIO AVG. LIB. ALEXANDRO ET PINNIAE SEPTIMAE CLAVDIA SVCCESSA ET CLAVDIA OLIMPIAS PARENTIBVS PIENTISSIMIS FECERVNT ET SIBI LIBERTIS LIBERTABVS POSTERISQVE EORVM.

¶ Ibidem.

.D. .M.

L. RVBRIO HERMETI PATRI. L. RVBRIVS TYCHICVS ET RVBRIA HYGIA CONIVNXS BENEMERENTI.

¶ Ibidem.

CLAVDIAE FORTVNATAE. F. DVLCISSIMAE, B. M. IN AGRO. P. IIII. IN LATITVDINAE. P. II. FECIT CLAVDIA CHARITE MAT. VIXIT. ANN. XI. M. X.

¶ Ibidem

.D. .M.

TROPHINO VER. A. C. AVGCOMMENTAR. VIX. ANN. XXX. MENS. VII DIE. XX. AELI VERECVND. CONIVGI OPTIM.

¶ Ibidem.

CAELLAE VRBANAE ET. L. CAELLO PARDALAE PARTEM MONVMENTI D. EXTERIORIE AREAE CONCESSVM SIBI AB. T. MANLIO CALLISTO TITVLVM INFIXERVNT,

¶ Ibidem.

.D, .M.

PARDALIDI FILIAE DVLCISSIMAE VIRGINI SANCTISSIMAE. QVAE VIXIT ANNIS. XII. DIEB. XII. HOR. XI. PARENTES DVLCISSIMI FECERVNT.

¶ Ibidem:

PANCLIS CVB. AED, ET EX. D. D. PRO. MAG. L. D, OSSA HIC SITA SVNT IN SVA AED. DEC. LECTVS EST ET EI AES. A FAMILIA CONLATVM EST IN MAG. MORTVVS EST ANORVM NATV. XX.

¶ Ibidem.

.D. .M.

VALERIE VITALI VALERIVS ZOTICVS PATER ET PRICIA VENERIA MATER FILIE DVLCISSIME FECERVNT. QVE VIX. ANNIS .XVII. MES. VIIII. DIES .XVIII.

¶ Ibidem.

P. STATIO SATVRNINO .P. STATIVS BATHYLLVS LIB. SVO BENEMERENT. FECIT. VIX. ANN. XXIIII.

¶ Ibidem.

DIS MANIB.

C. NORBANI DEMETRI.

¶ Ibidem

D M

AVR. PROBINO FILIO DVLCISSIMO
QVI VIXIT ANNIS. XI.
NVL. AVR. FIDELISMII. C. H. I. IR.
.B. N. M. FECIT.

¶ In domo .m. petri Gallici Librarii.

A. VITELLIVS CHRISEROS FECIT SIBI. ET VITELLIAE PRIMAE CONLIBER. ET CONIVGI DE SE BENEMERITAE. ET. A. VITELLIO ALEXANDRO LIB. ET .M. IVNIO HEGESIAE AMICO. ET IVLIAE RVFINAE. ET IVLIO HELPIDEPHRO. ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE SVIS OMNIBVS POSTERISQVE EORVM.
.H. M. H. N. S.

¶ In domo .m Stephani Librarii

. D . . M :
CAECILIAE CRESCENTIANAE CAECILIVS PA
TER FECIT VIXIT AN. XV. MEN. VI. D. XXV.

¶ In ſancto Thoma Parionis.

DIS MANIBVS.

TI. CLAVDIO. TI. F. QVIR. PROCVLE IANO BENE
MERENTI. CLAVDIA PROCHLA SOROR FECIT.
VIXIT ANN. ~~LXXXX~~ VIIII. MENS. IIII. DIEB. XIII.

¶ In domo. D. Benedicti de Saxis.

.D. .M.

POLITICENI QVE VIXIT ANNIS. XXIIII. MENS
VII. DIEBVS. XVII. HOR. VI. EVTYCHIANVS
MARITVS ET EVTYCHIANVS FIL. B. M. F.

¶ Ibidem.

.D. .M.
Q. DASVMIO IANVARIO VIXIT ANN. XXIIX.

¶ Ibidem.

.D. .M.
CORINTHIONI. VRITTIA. SPES. MARITO
BENEMERENTI POSVIT.

¶ Ibidem.

. D . . M .
NICONI AVGVSTOR ET VICTORIAE.

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS.

M, LICINIO IVGARIO VIXIT ANN. XXXXIII. LICINIA TY
CHE CONIVGI KARISSIMO FECIT,

¶ Ibidem

DIS MANIBVS

SVCCESSO . VIXIT ANN . XII . DIB . XII . TROPHIMVS ET HEROIS FR .

¶ Ibidem.

D.CAECILIVS TROPHIMVS
FECIT SIBI ET SVIS
LIBERTIS LIBERTABVS
POSTERISQVE EORVM.

¶ Ibidem:

.D. .M.

FABIAE IONICES VIXIT ANN . XVIII.

¶ Ibidem.

. D. .M.

APHRODISIAE APHRODISIVS PATER FILIAE POSVIT.

¶ Ibidem

SOLLIAE . TOSSAE . VXORI SANCTISSIMAE . IVL . SANCTVS . F .

¶ In ſancta Maria in Vallicella

.D. .M.

CLODIAE PRIMAE . CLODIAE LEONIS MATRI PIISIMAE . F .

Ibidem.

P. CLODIVS DIDA VASCVLARIVS

Ibidem

TI. IVLIO EPAPHRODITO IVLIA LACENA CONIVGI.

Ibidem.

D M
N O M O

Apud Cloaca ſ. Luciæ in pariete cuiuſdam tabernę Aromatarię

TI. CLAVDIVS DRVSI. F. CAESAR AVG.

GERMANICVS PONT. MAX. TRIB. POT. VIIII.
IMP. XVI. COS. IIII. CENSOR. P. P.
ACTIS POPVLI ROMANI FINIBVS POMERIVM
ANPLIAVIT TERMINAVITQ.

In domo Nicolai Saturni

M. MVNATIAE AMOTHILLINI SORORI CARISSIMAE AC PIEN TISSIMAE. MVNACIVS PROCVLVS COH. IIII. VI. G. FRATER.

In domo Stephani de Cardellis.

.D. .M. .S.

RODIADI ET VITALINI SORORIBVS FECIT DO MITIA RODIAS SOROR PIENTISSIMA.

In domo Laurentii Signoretti.

T. P. COSMO CONIVGI IMCOMPARAVILI ET
T. P. CRESTO FILIO DVLCISS.
P. T. IIENE POSVIT QVI B. A. LXXVII.
QVI BIXIT ANNI. XI. M. IIII.

¶ Apud .ſ. Lau. in Damaſo in domo .D. Franciſci de Padua.

DIS. MAN.

IVLIAE RESTITVTAE VIXIT ANNIS.VIII.M.X.D.II.
C.IVLIVS CRESCENS VERNAE SVAE CARISSIMAE
FECIT.

¶ Prope campum Flore in domo Sebaſtiani de Cyprianis.

M. COELIVS ABASCANTVS
EMPTO LOCO FECIT SIBI ET
SVIS POSTERISQVE EORVM
IN.FR.P.XII. IN.AG.P.XII.
ET AREA ANTE MONVMENTVM
COMMVNEM CVM POPILIO
EVPHEMO
IN.FR.P.XII. IN.AG.P.XII.

¶ Ibidem.

.D. .M.
L. CORNELIO. SABINO. CAECINA. POLLITIA
CONIVGI BENEMERENTI FECIT.

CAPVT . XIX . DE . VII . REGIONE HARENVLAE.

In domo . D . Pauli de Plancis.

HIC	SITI	SVNT
L . ARLENVS . L . L .	ARLENA . L . L ,	L . ARLENVS . L . L .
DEMETRIVS NAT.	RVFA	ARTEMIDORVS NAT . PAFLAC
CILIX. NEGOT. SA	CONIVNX	MERCATOR SAGARIVS LIBER
GARIVS HELINVS	ET [illegible] CE.	[illegible] . D .

In eodem Lapide

P . SABIDIVS HERMES SABIDIAE SEGLOGES LIB .
VIX . ANN . LXVII .
DIS MANIBVS .
SABIDES DORIS VIX . DONEC FATA PERMISERVNT
SABIDIAE SEGLOGES LIB ,

Ibidem.

C . IVLIO AVG . L . POEBO RVFIO NINO
CESTVS DE SVO FECIT.

Ibidem.

F . TVLLIO CEMELLINO VETERANO AVG . N . N . EX COH . . III . PR . P . V . FECIT FLAVIA IVLIA CONIVNC . BENE MERENTI.

¶ Ibidem.

DIS MAN.

C. IVLI ANTIPHILI ET CASSIAE ARESCVSAE
CONIVGI FECIT.
M. SEVIS SYMPHORVS ET SIBI LIBERTIS
LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM.

¶ Ibidem.

LIBERTIS AMVLEIA. Ɔ. L. ELEVTHERA ET LIBERTABVSQVE
SVIS AMVLEIA, Ɔ. L. MVVS ELEVTHERAE. L, ELEVTHERA.

¶ Ibidem.

.D. .M.

MODESTI. V. A. XXXVII. CONIVGI ET LICINIANI
FILI. V. A. VII. M. VIII. FELICLA. B. M. F.

¶ In domo Ludouici Apodocatharii Cyprii Card. Caputaquen.

.D. M.

L. PRECIΦLIO ROMANO

VIXIT ANNIS. VIIII. MENSIB. VIII. DIEB. XII,
L. PRECILIVS APOLLONIVS ET
FABIA TACHINE FILIO DVLCISSIMO
FECERVNT ET SIBI ET CALLISTVS FRATER EIVS
ET SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE
EORVM H. M. D. M. A.

¶ Ibidem.

SILVANO DENDROPHORO SACRVM


M. POBLICIVS HILARVS MARGAR Q. Q. PP CVM LIBERIS
MAGNO ET HAMONIANO DENDROPHORIS
. M. D. M. DE SVO FECI.

¶ Ibidem.

.D. .M.

SILVINA. V. A. VI, D. XVI, SPERATA MATER FECIT
FILIAE DVLCISSIMAE

¶ Ibidem.



Ibidem.

.D. .M.

M. AEMILIANO PIO CAMIANO. P. AELIVS PLOCAMVS ET F. SPES. FILIO VIXIT ANNIS. II. MENSE. II. DI. XXVIII.

In uia publica prope eccl. ſanctæ Auræ.

DEO MERCVRIO
CVRANTE: M. AVR. PACONIO. V. C.
CONSVLARE AQVARVM ET
MINICIAE:

In ſancto Andrea in Nazareno.

HATERA PRELIAS FECIT SIBI ET. C. QVINTIO HYLLO ET. L. APONIO PRIMO POSTERISQVE SVIS ET EORVM.

Ibidem

TI: CLAVDIO EPYTINCHANO:
V. A. LX.
TI: CLAVDIVS ALEXANDER. F. PATRONO
OPTVMO:

Ibidem.

.D. .M.

TI. CLAVDIO FAVSTINO THESEVS AVG. LIB, POC. FILIO DVLCISSIMO ET SIBI.

Ibidem iprope in quodam horto

FORTVNATVS CAESARIS SER.
NICOMACHIANVS PATER ET SEXTILIA PRIMA MATER FILIAE PIISSIMAE FECERVNT ET SIBI ET MOSCHINI CONIAG. VIXIT ANNIS. XV. MENS. IIX.

¶ In ſancta Brigida prope Palatium Card. Farneſii

.D. :M.

CL:S.PAVLO MIL.CHO.V.PRE.

¶ In ſancto Thoma poſt eiuſdem palatium.

DIS MANIBVS
CLODIAE HYPPOLITI :L: PRIMIGENIAE
M. CLODIVS FELIX, L, AXILIVS TILLES HEREDES
ARBITRATV APVSVLENAE RVFILLAE AMICAE EIVS.

¶ Ibidem in horto

FILI FECERVNT

.D. .M.

P. AEMILI NICOMEDI IVN. QVI VIXIT ANNIS
XIII. M. VI. DIB XX, DOMINO. D. III. INTER/
DECIM PRIMOS PATRI BENEMERENTI DVLCISSI
MO. P. AEMILIA CYNEGIS. P. AEMILIVS ALYPVS
NICOMEDESQ.

¶ In ſancto Nicolao poſt campum Flore:

DIS MANIB.

L CALPVRNI RESTITVTI EX TESTAMENTO FACTVM ARBITR.
HEREDVM CALPVRNIA RESTITVTA,

¶ In pariete domus Ioãnis Ciampolini ſunt quatuor epitaphia quorum duo prima habent ſententiam: & duo ſecunda aliam & eandem ſententiam.

DIS MANIBVS

COELIAE DYNATAE.M.VIPIVS AVG. LIB. VALENS.A VESTE.
IMP.PRIVATA CONIVG.KARISS.SANCTISSIMAE CVM QVA VIXIT
AN.XXXVIII.SINE CRIMINE ET SIBI ET SVIS LIBERTIS LIBER
TABVSQVE POSTERISQVE EORVM

¶ Ibidem:

M. VLPIO AVG LIB. PHAEDIMO DIVI TRAIANI AVG. APOTIONE ITEM A LAGVNA ET TRJNIARCH LICTORI PROXIMO ET A COMMENT, BENEFICIORVM VIXIT ANN, XXVIII. ABSCESSIT SE LINVNTE PRI, IDVS AVGVS. NIGRO ET APRONIANO COS. RELIQ VIAE TREIECTAE EIVS III. NONAS FEBR, EX PERMISSV COLLEGII PONTIFIC. PIACVLO FACTO CATVLLINO ET APRO, COS. DVLCISSIMAE MEMORIAE EIVS VALENS AVG. LIB. PHAEDIMIANVS A VESTE BEN. MER. FECIT.

¶ Ibidem in domo:

VLIA. Q. L. CRHESTE FECIT Q. VLIO. Q. L. FELICI COLLIBERTO SVO ET SVIS.

¶ Ibidem.

T. CAESARI	IMP. CAESARI	CAESARI AVG. F.
VESPASIANO IMP. III.	VESPASIANO AVG.	DOMITIANO
PONTIF. TR. POT. II, COS. II.	PONTIF. MAX. TR. POT, IIII. IMP. VIIII. P, P. COS. IIII.	COS. DESTINATO, II PRINCIPI IVVENTVTIS

C. PAPIRIVS. AEQVOS > . LEG. III AVG. TESTAMENTO. PONI. IVSSIT EXAVRI. P. X.

¶ Ibidem.

A. SEMPRONIVS LAETVS. M. E. N. S. OR. AEDIFICIORVM SIBI ET SEMPRONIAE. METROTHEAE. VXORI ET ORESTI. ET. ORESTILLO. LIBERTIS. CARISSIMIS. ET OCTAVIAE. ACME. NVTRITAE. AB, NOBIS LIBERTIS LIBERTABVS POSTERISQ. EORVM HVIC. MONIMENTO. EX. TESTAMENTO. INCVLTVRAM LEGATA SVNT HS. VII. A SEMPRONIO SEVERO

T

¶ Ibidem.

IVNONI

.D. .M.

PONTIAE GNESIAE CONIVGI KARISSIM. ET SAN CTISIM. L. PONTIVS HORAEVS.

¶ Ibidem.

.D. .M.

P. CLODIVS ATHENIO NEGOCIANS SALSARIVS. Q. Q. CORPO RIS NEGOCIANTIVM MALACITANORVM ET SCANTIA SVC CESSA CONIVNX EIVS. VIVI FECERVNT SIBI ET LIBERIS SVIS ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE SVIS POSTERISQVE. EORVM. IN FRONTE .P. .XIII. IN AGRO .P. .XII.

¶ Ibidem.

.D. .M.

VLPIA CALLIOPE VLPIVS EVTYCHIANVS CONIVGI. B. M. FECIT ET SIBI.

¶ Ibidem

C. VITRICIO. C. F. TRO. MAXIMO. D. PERVSIA MIL. COH. V. PR. MILIT. ANN. IIII. VIX: ANNOS. XXIIII . H . S . E .

¶ Ibidem.

COCCEIA. M. NERVAE. L. FELICVLA.

¶ Ibidem

.D. .M.

VMBRICIA RESTITVTA RESTITVTO FILIO SVO BENE MERENTI FECIT. QVI VIX. ANN. VIIII. MEN. VI.

¶ Ibidem.

L,CLVIVS.L,L. AESCINVS FECIT SIBI ET VXORI ET LIBERIS ET LIBERTIS.
θ CLVIA.L.L.FAVSTA VIX.ANOS. XXXV.
θ L.CLVIVS.L.F.LVPERCVS VIX,ANOS.II.
V.L. CLVIVS.L.F. MAXIMVS. V.L.CLVIVS.L.L.MVSAEVS.

¶ Ibidem.



¶ Ibidem.

.D. .M.

SERVILIA.IERENE.REVERENS PIA.CASTA.PVDICA, BIS QVI NOS.DENOS.ET SEX.PROVECTA PER AN NOS.SIT.TIBI.TERRA.LEVIS.CINERES. QVOQVE FLORE. TEGANTVR. CRYSES . B . M .

Φ

¶ Ibidem

.D. .M.
C.IVNIO THALAMO POSTERISQVE EORVM.

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS

DVVIAE PATRICIAE VIXIT ANNIS. XVIII. MENSI
BVS. VI. DIEBVS. XVIII. FECIT. M. SERVI-
LIVS NICEPHOROS CONIVGI SANCTISSIMAE ET
DVVIAE MARCE MATER.

¶ Ibidem.

SANCTO SILVANO
NINNIVS PHILETVS IN PRAEDIO SVO
DONVM POSVIT.

¶ Ibidem.

M. AVRELIO CAESARI
IMP. CAESARIS. T. AELI HADRIANI
ANTONINI AVGVSTI PII FIL.
DIVI HADRIANI NEP. DIVI TRAIANI
PRONEP, DIVI NERVAE ABNEP. COS.
PETRONIVS MAMERTINVS ET GAVIVS MAXIMVS,
PR. PR. TRIBVNI COHORTIVM PRAETORIARVM
DECEM ET VRBANARVM TRIVM CENTVRIONES
COHORTIVM PRAETORIARVM ET VRBANARVM
ET STATORVM EVOCATI
COHORTES PRAETORIAE DECEM ET VRBANAE
X. XII. XIIII. CENTVRIAE STATORVM
OPTIMO AC PIISSIMO

¶ Ibidem.

LIBERO PATRI SANCTO SACR.

SEX, COELIVS PRIMITIVVS ET PVBLICIA ANTVLLA
VOTO SVSCEPTO.
D. D.

¶ Ibidem.

TI.CLAVDIO FORTVNATO EREPTO
FATIS INIQVISSIMIS.

¶ Ibidem.

Q . ARICINIVS . Q . F BASSVS
VIXIT . ANN . XXV :

DEBVIT.HOC.PATRIS.NATVS.DVO.CORPORA.HVMARE
CORPORA.SEN.ANIMES.CORPVS.INANE.COLVNT
QVI.QVIA.NON.POSSVNT.DONIS.AEQVAR.MERENTEM
BASSE.TVIS.MERITIS RESPONDERE.QVEVNT

VC : CVRTIVS . C . L . ANTIOCHVS . PATER

DEBVIT.HOC.NATVS.NOBIS.PRESTARE.DVOBVS
VT.CINERIS.PATRIOS.DEDERET.INFERIS
SED.QVONIAM.DIRAE.GENVERVNT.FATA.VOLVCRES
TE.BASSE.EREPTVM.FLEVIMVS.ANTE.ROGVM

VARICINIA . NAIS . MATER

¶ Ibidem.

. D . . M .

FL . QVINTAE SANCTISSIMAE . ET IVSTISSIMAE EVTACTVS AVGVSTOR . CONIVGI BENEMER , DE SE . CVM QVA CON CORDISSIME VIX . ANN . XXII .

¶ Ibidem.

OCIANVS MEMNODEC . ATHENAIS MEMNONIS . L .

¶ Ibidem

L. VALERIVS. ZABDAE. MERCATORIS. VENALICI. L. ARIES
SEV. STVPOR. EST. HVIC. STVDIO. SIVE. EST. INSONIA. NOMEN
OMNIS. AB HAC. CVRA / CVRA. LEVATA. MEA. EST
MONVMENTVM. APSOLVI. ET. IMPENSA. MEA. AMICA
TELLVS. VT. DET. HOSPITIVM. OSSIBVS / QVOD. OMNES.
ROGANT. SED, FELICES. IMPETRANT / NAM. QVID
EGREGIVM. QVIDVE. CVPIENDVM. EST. MAGIS, QVAM
VBI. LVCEM. LIBERTATIS. ACCEPERIS. LAPSAM. SENECTAE
SPIRITVM. IBI. DE. PONERE. QVOD. INNOCENTIS. SIGNVM,
EST. MAXIMVM.

¶ Ibidem.

AMYCIONI, FELICIS. SER. VICAR. V. A. V.
SATVRNINVS. EV. PYRAMIS. BENEMERENTI
FECER.

¶ Ibidem.

SECVRITATI
COGNATIONIS SVAE
FORTVNATVS AVG. L.
VERNA PATERNVS
AB EPISTVLIS
ACCENSVS PATRON
DIVO AVG. VESPASIANO
LICTOR. CAVRIAT.
VIAT. HONOR. DEC, COS. PR.
ET SIBI ET
EPAPHRODITO AVG. L.
AB EPISTVLIS FRATRI SVO

¶ Ibidem.

SALLVSTIAE VENERIAE
Q. SALLVSTI EVENI ET
Q. SALLVSTIA ATHENAI L.

¶ Ibidem.

T. ANTISTIVS SABINVS STEL. AVG.
TAVRIN. MIL. AN. X. COH. I. PR.
> . ROMVLI.

HYMNVS CAESARIS AVG.
VOLVSIANVS HERMAPHILI HYM/
NI LIB. F. DECVRIOLARVM VO/
LVSIANORVM SCANTIAE PRI/
SCAE CONIVGI CARISSIMAE ET SIBI.

¶ Ibidem.

OCT B ☧ ENIVS HERMEROS DORMIT IN PACE
QVI BIXIT ANOS. II. MESES VII. DIES. VII. DE/
POSITO INOCENTI. XVI. KAL. IANVARIAS.

¶ Ibidem

P OVINCONIVS. P. F. POL. INGENTOS
D M M O
BODINCO MAGVS MILI COH. VI. PR.
> ANDASI MILITAVIT AN. II. VIXIT. AN. XXI.
C V R A M
EGIT SEPVLTVRAE. C. VARIVS OPTATVS
COMMANIPVLARIS EVOS
IN FRONTE. P. II. IN AGRO. P. II.

¶ Ibidem in columna parua.

IMP. NERVAE CAESARI AVG. III. COS.
TI. CLAVDIVS FELIX. EPLOLIVS PARIS ALLECTO-
RES CVLTORES. SILVANI. IDEM. IMMVN.

¶ Ibidem

.D. M.

VLPIA CALLIOPE VLPIVS EVSICVS CONIVGI
B. M. F. ET SIBI.

¶ Ibidem

.D. .M.

M. AEMILIO LEPIDI LIB, FELICI NOMENCLATORI
VIRO PRIORI DECIMIAE. L, L. LIBERALIS.

¶ Ibidem fragmentum.

AE > ET. C, TITINI. L. COH.
RTIO, Q, P. L, CLVMENO VIATO
Q. METTIO. > . L. PRIMO
Q. METTIO. > . L. ANTEROTI.
P. METTIO. > . L. MALCHIONI,
SOLO MALCIONIS. L.
CHIO ET ANTEROS LIBERTI.

¶ Ibidem.

.D. .M.

VALENTI AVG. LIB. ET COECILIAE
DYNTE CONIVGI EIVS.

¶ Ibidem.

D. M.

M. EPIDIVS PAMPHILVS PIATONI TATAE SVO
BENEMERENTI FECIT. .9.

¶ Ibidem.

C. CISPI . C. L. NICEPHORI CRISPI CISPIE
C. L. FAVSTAE L. EVBOTAE L. QVARTAE.
T. ANNI . T. L. SALVI.

¶ Ibidem.



¶ Ibidem.

D M

VAL. MARCELLAE VAL. MARCELLINVS ETAVRR VERINA PAREN
TES FILIAE KARISSIMAE MERENTI FECERVNT VIXIT, M. X. D. XII.

¶ Ibidem.

C. OCTAVIVS MEMNO DEC. ATHENAIS
MEMNONIS . L.

¶ Ibidem.

D M
C. IVNIO THALAMO POSTERISQVE EORVM.

¶ Ibidem.

.D. .M.
EL. ATHENIO IVNIAE AVRICONIAE COIVGI SVAE
SANCTISSIMAE. B. M. F.

¶ Ibidem:

PONTIA TITI PONTII FILIA HIC SVM
QVAE DVOBVS NATIS AME VENENO CONSVMPTIS AVARITIAE
OPVS MISERAE MIHI MORTEM CONSCIVI TV QVISQVIS ES
QVI HAC TRANSIS SI PIVS ES QVESO AME OCVLOS AVERTE.

¶ Ibidem.

. D . M . ET .

SOMNO AETERNALI SECVRITATI MEMORIAE.
Q. PERPET AELIAE FLAVIAE MELITANAE
Q. V, AN. XXXI. M. III. D. X.
T. FL. HYMNVS CONIVGI SANCTISS. DVLCISSI/
M'AEQ. CVM. QVA VIX. ANN. XIII. ET
TT. FIL. COL. MARCELLVS ET TITIANVS ET
FLAVIA T. F, AMPELLI MATER PIENTISS.
SARCOPHAGO SIGIL. CVM OPERE ET BASIBVS
FECER. ET CONSACRAVERVNT IDIBVS AVGVSTIS.
PVDENTE ET ORFITO COS.
SIMVS MANV MEA VTRAQ. SCRIPSI.

¶ Ibidem

ANNII IVN

ANICIO PAVLINO IVN. C. V.
PROCOS. ASIAE ET HELLESPONTI CONSVLI
ORDINARIO PRAEF. VRBI, VICE SACRA IVDICANTI
OB MERITVM NOBILITATIS ELOQVII IVSTITIAE ATQ. CENSV
RAE QVIBVS PRIVATIM AC PVBLICE CLARVS. EST. PETITV PO
PVLI. R. TESTIMONIO SENATVS IVDICIO. D. D. N, N. TRIVM/
PHATORIS AVG. CAESARVMQ. FLORENTIVM, STATVAM SECVN
DAM AVROSV PERFVSAM LOCARI SVMPTV PVBLICO PLACVIT.

¶ Ibidem

IMP . CAES .

DIVI . M . ANTONINI PII
GERM . SARM . FILIVS DIVI COM
MODI FRATER DIVI ANTONINI
PII NEP . DIVI HADRIANI PRO
NEP . DIVI TRAIANI PARTHIC .
ABNEP . DIVI NERVAE ABNE-
POS .
L . SEPTIMIVS SEVERVS PIVS PER
TINAX . AVG . ARABIC . ADIAB .
PARTHIC . MAX . PONT . MAX . TRIB .
POT . VIII . IMP . XI , COS . II .
P . P . PROCOS ET
IMP . CAES . L . SEPTIMI SEVERI PII
PERTINACIS AVG , ARABIC . ADIAB .
PARTHIC , MAX . FIL . DIVI . M . ANTONI
NI PII GERM . SARM . NEP . DIVI
ANTONINI PII PRONEP . DIVI
HADRIANI ABNEP . DIVI TRAIA-
NI PARTHIC . ET DIVI NERVAE
ABNEP .
M . AVRELIVS ANTONINI PII FE-
LIX AVG . TRIB . POT . IIII , PROCOS .
ARCVS CAELEMONTANOS PLVRI
FARIAM VETVSTATE CONLAPSOS
ET CONRVPTOS A SOLO SVA PE-
CVNIA RESTITVERVNT .

¶ In domo Marcelli Capo de Ferro:

T. FLAVIO AVG. LIB, ONESIMO MINISTRAT. DEC.
. IIII. DEC. FAVORIS. T. FLAVIVS VITALIANVS
PATRI OPTIMO.

¶ Ibidem

.D. .M.

T. COELISENTINIANI CENT. COH, VIIII. PR. P. V,
T. COELIVSENTINIANVS FIL, PATRI. B. M. F. ET
CALIDIA PYRALLIS MARITO OPTIMO. F.

¶ ibidem.

.D. .M.
OLLIAE TROPHIME FEC. Q. VIBIVS SCYRVS FIL.
MATRI SVAE BENEMERENTI.
VIX. AN. LXV. ET
SIBI ET SVIS POSTERISQ. EORVM.

¶ Ibidem:

D MANIBVS
A. DECI EVSEBETIS VIXIT AN. L
SER. SVLPICIVS SVCCESSVS. F.

¶ Ibidem

P. CORNELIVS ❦ MAVRVS ❦ POSVIT SIBI ET
❦ P. CORNELIO ❦ TELOSPHORO LIBERTO OPTIMO
ET FIDELISSIMO ET BENEMERENTI DE SE.

¶ Ab alio latere:

C. CLODIVS EVPHEMVS
P. CORNELIO MAVRO LOCVM ARAE DONAVIT.
QVAE COLLIGIT IN SOLO POSITA
PEDES QVADRATOS TOT. III.

¶ Ibidem:

.D. .M.
SIXTILIAE POTITAE GENESIACVS IMP. NERVAE TRAIANI AVG.
GERM. DACICI CONTVBERNALI BENEMERENTI,

Ibidem.

EROTIANE IN PACE.

Ibidem.

ASPRENANS CALPVRNIVS TORQVATVS PATRI SVO.

Ibidem.

IOVI DOLICHENO
M. AVERONIVS KARICVS
. D . D .

In ſancto Saluatore in Campo.

DIS MANIBVS
LIVIAE FORTVNATAE.

In ſancto Benedicto.

.D. .M.

C. CANDIENO AFRICANO FILIO PIISSIMO, C. CADIENVS IVSTVS PATER VETERANVS CON. PRIMAE VRBANE FECIT.

Ibidem prope in uia publica.

M. LIVIVS AVG. L. SECVNDIO
ACCENSVS DRVSI CAESARIS
ET ALVMNVS
M. LIVIVS. M. F. POL. MACEDONIC. F.
IVLIA TERTVLLA VXOR
M. LIVIVS. M. L. PROSPER.

V

¶ In domo Angeli ibidem prope

CARTILIO . ANICETO . CONIVGI . BENEME
RENTI IVLIA . ASCLEPIO . DOTE .

¶ Ibidem:

DIIS MANIBVS.

BOIONIA ANTVLIALA MATER NARCISSI . F . FR-
GA SE PIENTISSIMO QVI VIXIT ANNIS , XXVI .
MORATVS EST IN DISPENSATIONE BOIONAE
PROCILLAE . ET AVRELI FVLVI HEC SVPREMVM
MVNVS LIBENTI ANIMO SIBI ET POSTERISQ VAE
SVIS . FECIT ET EORRM

¶ Ibidem.

LVCRETIAE TRYPHOSAE CN .
LVCRETIVS POLYCARPVS CONIVGI
BENEMERENTI F E C I T .

¶ In ſancto Saluatore prope pontem Syxtũ.

DIS MANIBVS.

CN . OFILLIO CN . F . QVIR , PISONI . V . A . XXIII . M . IX . D . X
CN , OFILLIO CN . F . QVIR . FRVGI . V . A . XVII , M . III .
CN . OFILLIO SVCCESVS ET ANTONIA RESTITV-
TA PARENTES FILIS PIENTISSIMIS FECERVNT ET
SIBI ET SVIS LIBERTIS LIBER
TABVSQVEA POSTERISQVE
E O R V M .

¶ Ibidem prope.

L . ANTISTIVS BACCHYLVS . D . D . I . I . M:

¶ Ibidem.

. D . . I . , M .
AVRELIA VITALIS SE VIVA A SOLO COMPARAVIT SIBI ET AVRE-
LIO PROCVLO CONIVGI SVO ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE EORVM .

¶ Ibidem.

.D. .M.

LABERIAE IRENE. V.A.XI. DIEBVS. XXVII.
VETVRIVS FELIX. ET LABERIA SYNTICHE FILIAE
PIENTISSIMAE FECERVNT.

¶ Ibidem

M. RHENIVS LIBER XISTVS TI. CESARIS SER.
GERMANIC. APOLLONIO VICARIO SVO AMICO. XX.
CLVRIVS IVCVNDVS ESSEDARIVS. V. A. XXV.
FILIA MATRI.
HVIC MONIMEMTO VSTRINVM APPLICARI NON LICET.

¶ Ibidem.

TI. CLAVDIO PHOEBO VIX. ANNIS. XXXV, NATALIS DE SVO
P. PONTIVS MAXIMVS ET. C. PONTIVS PAVLVS ET. C.
PONTIVS PONTIANVS. F. H.

¶ In ſancto Cęſario prope Tyberim

L. TARQVINIO. L. F. POM. ET RVSCO SVLPICIA
NO SCRIBAE QVAESTORI EX TESTAMENTO.
, D. HS. XX.

¶ In ſancto Anaſtaſio ibidem prope.

DIIS MANIBVS SACRVM.

D. FABIO. D. F. CLA. ARCARIO VIX. ANN, XIIX,
MEN. IIX. D. XXVII. H. VI.
FABIA FVSCA FILIO PIISSIMO.

¶ Ibidem.

.D. .M.

AEGRILIO IANVARIO FLAVIA SVCCESSA
CONIVGI BENEMERENTI FECIT.

¶ Ibidem.

D M

Q. CLVVIVS FELIX VIVOS SIBI ET CLVVIA BRVT
TIA FELICITATI. FILIAE BRVTTIAE PRIMI
GENIAE CONIVG. ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE. EORVM FECIT.

¶ In ſancto Paulo in la Regula.

.D. .M.

CLODIO THALLO AMICO OPTIMO CVRANTE
M, SALVIO GLYPTO HER.

¶ Ibidem.

IVNONI CLEOPATRAE . L . SER . ALEXANDER
. B . M . F .

¶ In ſancto Stephano in ſilice exibitum ab Aurelio Sereno
Monopolitano.

D M
APOLAVSTVS MODIANVS
PVBL. VII. VIR, EPVLON. ITEM
APOLAVSTVS CLAVDIANVS
. VII. VIRVM EPVLON.
IVSTVS GAVIANVS PVBL. F. ET
P. VOLVSIVS . RENATVS
VOLVSIAE IVSTAE MATRI CA
RISSIMAE OMNIVM FEMINA
RVM SANCTIORI VNIVIRIAE
QVE. V. MECVM. M. II. D, XXI.
CETERISQVE POETERISQVE
EORVM.

¶ Ibidem :

.D. .M.

IVLIVS ZOTICVS VIVVS COMPARAVIT SIBI ET SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM.

¶ Ibidem in uenula .

MEMORIAE . M . CRITONI PECVLIARI FECIT . M. LVCCEIVS LOCVPLES PARENTI . B . M .

Memoria

¶ In ſancto Martinello

.D. .M.

FVL . ADIVIOR . IVL . ATTICAE COIV . B . M . CVM QVA VIX.XXVIII . E . C .

¶ In domo Io . Bap . Palini .

.D. :M.

TI. CLAVDIVS SECVRVS EVPROSYNO VERNAE SVO.

IN . F . P . V . IN . A . P . II .

¶ Ibidem .


D M

L . PRAECILIO FORTVNATO ET PRECILIAE NICENI MATERI EIVS PATRONIS , B . M . ET DAMALI CONLIBERTAE . L . PRECILIVS TROPHIMVS . F .

¶ Ibidem

C . ANNIO . L . F . QVIR . FLAVO IVLIO BRIGENS EX GENTE CANTABRORVM PROVINCIA HISPANIA CITERIOR OB CAVSAS VTILITATESQ. PVBLICAS FIDE LITTERVM ET CONSTANTER DEFENDENDAS.

¶ Ibidem.



¶ Ibidem.

CAECILIAE . D . D . CAECILIOR

TROPHIMI ET LOCI . LIB . HELPIDI
D . CAECILIVS . VINDEX . AVIAE . PIENTISS.
FECIT . ET LIBERT.LIBERTABVSQ. POSTERISQ,
EIVS . ET . PRAECEPIT . VT . AD ID . SEPVLCHRVM
HORTVS , QVI , EST . CINTVS . MACERIAE ET
DIFTA . AIVNCTA . IANVAE . CVSTODIAE
CAVSA . SEPVLCHRO . CEDAT . ET . ITVM
ADITVM . AMBITVM . SACRIFICIQVE . FACIVNDI
CAVSA . PROXIMIS . EIVS . RECTE , LICEAT

Ibidem

D M

L . LEPIDIVS . L . LIB : HERMES
NEGOTIATOR . AERARIVS . ET FERRARIVS SV,
BAEDE . FORTVNAE AD . LACVM . ARETIS . ET
OBELIA THREPTE
FECERVNT .

L . LEPIDIO . L . F . PAL . HERMEROTI
QVI . VIXIT . ANNIS . VIII , MENSE . I . DIEBVS . XXII , ET
LEPIDIAE . L : F . LVCILLAE
QVAE ; VIXIT . ANNIS . V . DIEBVS . VIIII ;
FILIS . DVLCISSIMIS . ET . PIISIMIS . ERGA . SE . ET
LIB . LIBERTABVSQVE . POSTERISQVE . EORVM
HAEC . TVBER , CVM AEDIF , HVIVS . MONVM . TVTELA . EST
H . M . SIVE , AEDIFICIVM . QVOD . EST , HERED . NON . SEQVET .

Negotiator ærarius ad lacum
taberna
tutela monum

Ibidem.

L . GRAVIVS SEIO LACVM IMPENSA SVA FACTVM
DEDIT DONAVIT .

Ibidem in pariete domus:

. D . . M .

CLODIAE DAPHNIDI
FECIT CLODIA PROSDOCE
MATRI INDVLGENTISSIMAE
ET SIBI ET FORTVNATO
DECVRIAE . SCRIB . LIBR , AED . CVR .
ET . LIBERTIS . LIBERTABVS . POSTERIQVE .
EORVM .

Decuria scribarum librorum ædilium

In platea marranorum.

IMAGINVM DOMVS AVG. CVLTORIB.
SIGNVM LIBERTATIS RESTITVTAE SER. GALBAE
IMPERATORIS AVG. CVRATORES ANNI SECVNDI
C. TVRRANIVS POLYBIVS.
L. CALPVRNIVS ZENA.
C. MVRDIVS LALVS.
C, TVRRANIVS FLORVS.
C. MVRDIVS DEMOSTHENES,
S. P. D. D.

Ab alio latere.

DEC. IDIB. OCTOBR.
C. BELLICO NATALE.
P. CORNELIO SCIPIONE ASIATICO, COS.

Ibidem prope in pariete cuiuſdam domus.

HERMAE
AVG LIB.
ACVBICVLO DOMITIAE
AVG. FORTVNATVS. F.
PROC. FISC. ASIATIC.
PATRI PIISSIMO ET
INDVGENTISSIMO.

¶ In ſancta Maria Monticelli.

DIS MANIBVS.

TI. CLAVDIO AVG. L.
PRIVATO

CLAVDIA FORTVNATA CONIVGI SVO ET
SATTIA VICTORINA PATRI SVO
FECERVNT.

¶ Ibidem

D M
TI. CLAVDI VENERIANI FEC. PATER.
TI. CLAVDIVS FORTVNATVS FILIO CARSSIMO
QVI VIXIT ANNIS. VIIII. MENS. VII. DIEBVS. XXI.

¶ Ibidem.

DIS MANIB.

TI. CLAVDI ABASCANTIANI
VIX. ANN. XXII.

OBITVS EST NARBONE PROVIN.

T. FLAVIVS ABASCANTVS ET CLAVDIA STRATIA
PARE. F.

¶ Ibidem.

.D. .M. .S.

TI. CLAVDIO AVG. L. PHOEBO

CLAVDIA PANNYCHIS
FECIT.
CONIVGI BENEMERENTI SIBIQ. ET
LIBQ. POSTERISQ. EORVM.

¶ Ibidem

.D. .M.
ATILIAE MOSCHIDI ,F. DVLCISSIMAE.
Q. ATILIVS MOSCHVS ET CORNELIA CORINTHIA
S. PARENTES FECERVNT SIBI SVIS POSTERIS
SVORVM.

¶ Ibidem.

IOVI.O.M.
DOCTI CILENO.C.FRONTI
NIVS LARAM POSVIT.
.L.M.

¶ Ibidem.

.D. .M.
VIRGINIS FILIAE MEAE CARISSIMAE VIRGINEAE NIMIAM
OB PIETATEM PROPRIIS MEIS MANIBVS INTEREMPTAE PROH
DOLOR QVANTVM FVIT CARISSIMA IN ANNO. XVI. IVVEN-
TVTIS EIVS MENS. V, D. III,

¶ In domo Franciſci de Planca.

M. ANTONIVS INGENVS HIC SITVS EST.

¶ Ibidem.

DIIS MANIBVS.

P. SEXTI POLYTIMI SEXTIA NEMESIS VIRO SVO
FEC. CVM QVO VIXIT ANNIS. XXV,

¶ Ibidem.

DIVO AVGVSTO TI. CAESARIS AVGV-
STI LEGATVS PRO. PR. A. VITELLIVS
. A. F.

¶ In domo Marii Odi de Guarneriis.

CARRINATIA FAVSTA MARMORIDAE TOLOLLAS
EMIT .IIII, NOMINI EROTIS HILARAE MACERIAM
INTER.

¶ Ibidem

. D. . M.
SEPTIMIANI HELIA FILIO PIENTISSIMO FECIT.

¶ Ibidem.

L. CALLIVS HELIVS ET CALPVRNIA EX IVSO HOC
LOCVM ACCVMBANTIA FECERVNT.

¶ Ibidem.

L. CLADVS MVNATIA PLANA ANTHVSA OLLAS
CONTINET .VIII. CLADI.

¶ Ibidem.

IPHIGENIA SVAVIS HAVE. VIXIT MENSIB. OCTO.

¶ In domo Bernardini de Herculinis

DIIS MANIBVS.

FISIAE FELICVLAE. V. A. XXII. ET DIEB. XXV. PHOEBVS CONIV-
GI CARISSIMAE ET FESTVS PATER ET FISIA HELENE MATER
FILIAE PIISSIMAE.

¶ Ibidem.

.D. .M.
RVERIA PROCILLA CVLTO FORTVNATO BENE-
MERENTI CONIVGI FECIT.

¶ Ibidem.

.D. .M.

T. ÆLIVS ANTHVS AVG. LIB. PROC. MONIMENTVM. TERRA IMAGINVM SIBI ET FILIS SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERIQ. EORVM. FECIT.

¶ In ſancto Benedicto in platea Tagliacozii.

.D. .M.

CARSIDIAE HELPIDI CORNELIVS ONESIMVS CONIVGI SANCTISIM. BENEMERENTI FECIT.

¶ Ibidem

DIIS MANIBVS.

IVNIAE. M. F, GEMINAE

¶ In ſancta Maria de Cacabariis.

M. AVR. VICTORI. C. V. PREFFERIAR. LATIN. SACERDOTI DEI SOLIS RELIGIOSISSIMI IOVIANVS CALLIDIANVS CONDISCIPVL. PATRON DIGNISIMO.

¶ In ſancta Maria de monte Serrato.

.D. .M.

R. M. R. M. M. F.

¶ In ſancto Saluatore de Cacabariis.

IOVI

SERENO NVMNIVS ALBINVS

EX VOTO.

¶ Ibidem

.D.M.S

MACEDO HAVE
BENE VALEAS
QVIS QVIS ES
FECER . C. MODESTIVS
MACEDO PATRI
PIISSIMO ET
FORTVNATA
CONIVX CVRANTE
RVFINO COLLIBERTO

¶ Ibidem.

DECIA CALENA DECIAE PRIMAE MATRI DVLCISSIMAE ET
M. OCTAVIO SP. F. PARMENONI.

¶ Ibidem.

.D. .M.
PHOEBI . F . PHOEBVS . P . ET AVGE MATER

¶ Ibidemprope in pariete cuiuſdam domus.

M. SERVILIVS. M. L. RVFVS LICTOR SE VIVO FECIT SIBI ET PE TIAE. C. L. PRIMAE VXORI ET MARCIAE ͻ. L. FELIC. CONCVB. OBITAE SERVILIAE. M. L. APATE VXORI SVAE.

¶ Ibidem.

. D . . M .

IVLIAE LACAENAE IVLIVS FROTONIANVS

VXORI OPTIMAE CVM QVA VIXIT ANNIS. XXX. ET, M. VL PIVS CELOS ET FLAVIA HELICAE LIB. POSTERISQVE SVORVM QVOD FECERIS ET TIBI ALIVS FACIET VERINA DOMINAE FAV STINA.

¶ Ibidem.

D . M .

FLAVIA EVTHENIS FECIT SIBI ET GERMANICO CONIVGI SVO ITEM IASONI FRATRI ET LIBERTIS LIBERTABVSQ. SVIS POSTERISQ. EORVM VTRIVSQ. SEXVS.

¶ Ibidem

.D. .M.

C. CASSIVS VERECVNDVS FECIT SIBI ET

CASSIAE DAMALIDI LIBERTAE CARISSIMAE ET BENEMER. IDEM CONIVGI ET. C. CASSIO COTINO ET CASSIAE MOSCHIDI PAREN TIBVS SVIS ISDEM PATRON. LIBERTIS, C. CASSI LONGINI ET LIBERTIS SVIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE. EORVM.

¶ In domibus dominorum de ſancta Cruce in fronte fragmentatum.

SPEI AVG. SACR.

A latere

SPES POSITA SVM FELIX VICINIAE DEDICATVM

¶ Ibidem.

FVRFANIA L. F. SATVRNINA FECIT SIBI ET. A. MANNEIO. A, F. COL. CELSO FILIO SVO MILITI COHORTIS. VII. PRAETORIAE ET. M. VALERIO ISMARO CONIVGI SVO ET M. VALERIO SEMNO VERNAE SVO ET, M. VALERIO ISMARI. L. HESYCHO TVTORI SVO ET SATVRNINAE VENERIAE VERNAE SVAE ET EPICHARINI LIBERTAE ET SECVNDAE VENERIAE VERNAE SVAE LIBERTIS LIBERTABVS POSTERISQ. EORVM NATALI VENERIAE VERNAE SVAE.

¶ Ibidem.

FORTVNAE
C. RVSTIVS SEVERVS.

¶ Ibidem.

OSSA
C. IVLI LICINI
L. TIRENI
ET DONATAE
LIBERTAE

¶ Ibidem.

. D . M .

AELIA SEVERINA FECIT CONIVGI PIISSIMO
VIRGINIO TRIB . QVI CONVIXIT ANN . XXIII .
ET FILIO QVI VIXIT ANN . VI . DIES . VIII .

¶ Ibidem.

DIS MAN.

CLODIO PRISCO FECIT OCTAVIA AFRODISIA OCTA
VIVS HERMA ET CECILIO EPIGONO FRATRI BE
NEMERENTI ET SIBI ET SVIS LIB . LIB . POSTE
RISQVE EORVM .

¶ Ibidem.

ATIMETVS ET IAS MARCIAE . A . XVIII . HYMNO
A . XVI . FILIS SVIS ET SIBI ,

¶ Ibidem:

M . CANVLEI TROPHIMI . V . A . X . M . VI . D . V .
M . CANVLEIVS HYGINVS VERNAE SVO .

¶ Ibidem:

DIS MANIBVS .

COMMVNIS VIXIT ANNVM . I , MENSES . III . DIES
. VII . THALENIS FAVSTI . Q . ET CORNELIAE
N . DISP . VERNAE SVO FECIT .


¶ Ibidem.

ARTEMIDORO PLVMARIO CONLEGAE.

¶ Ibidem

L . VOLVSIO VALENTI VOLVSIA CALLISTAE CONIVGI
. B . . M .

¶ Ibidem:



FASCES ET SECVRES CONSVLARES

¶ Ibidem ante fores Sanctæ Mariæ in Publicolis ſtatin

CAPITOLIN SP.SERVILIVS.C.F.C.N. STRVCTVS
MALVCIN.VII. L.PAPIRIVS SP.F.C.N. CRASSVS TR. MIL.
EXTAT.IIII. L.VETVRIVS.L.F,SP.N. CRASSVS CICVRINVS
LLVS.IIII. DICT.
AMERCINVS MAG.EQ. REI GVBERNANDAE CAVSSA.
M IN MILITES EX ,S.C. ABDICARVNT IN EORVM LOCVM FACTI SVNT
CAPITOLINVS DICT.
MVS E PLEBE MAG. EQ. SEDITIONIS SEDANDAE ET.R.G.C.
SSVS .II. L,VETVRIVS.L.F.SP.N CRASSVS CICVRINVS .II.
MALVGINENS.II. P.VALERIVS.L.F.L,N. POTITVS POBLICOLA.VI.TR ,MIL
ACERINVS P.MANLIVS.A.F,A.N. CAPITOLINVS .II.
CAMILLVS.V, DICT,
NATVSCAPITOLINVS MAG. EQ. REI GERVNDAE CAVSSA.
PLEBE PRIMVM CREARI COEPTI
MERCINVS L.SEXTIVS SEX.F.N.N.SEXTIN.LATERANI PRIMVS E PLEBE
GILLENSIS ALBINVS C.SVLPICIVS,M.F.Q.N. PETICVS
CINENSIS Q.SERVILIVS,Q.F.Q.N. AHALA
PETICVS C.LICINIVS.C.F.P,N. CALVVS
MERCINVS.II. CN.CENSATVS ,M.F,,M.N. AVENTINENSIS
IMPERIOSSVS DICT.
NATA MAG.EQ. CLAVI FIG. CAVSSA.
AMBVSTVS RIVS.P.F.L.NEPOS MEDVSLINVS.L.F.XX.
AHALA.Q.F. L.GENVCIVS.M.F.CN.N. AVENTINENSIS.II.
ASSVS CILLENSIS DICT.
SCVS MAG,EQ. REI GERVNDAE CAVSSA.
C.SVLPICIVS.M.F.Q.N. PETICVS.II.
SCAPITOLINVS CRISPINVS DICT.
M.N.MALVGINENSIS MAG.EQ. REI GERVND. CAVSSA,
AMBVSTVS C.POETELIVS.C.F.Q.N, LIBO VI SOLVS
AHALA DICT.
CAPITOLIN CRISPINVS MAG.EQ. REI GERVND. CAVSSA.
ENAS CN.MANLIVS L.F,A.N. CAPITOLIN. IMPERIOSS.
AMBVSTVS C.PLAVTIVS P.F.P.N PROCVLVS

ni pariete fragmentum in tabula marmorea ubi tale decretum.

VS.L.F.L.N VENNO M,FOSEIVSC,F.M.N, F LACCINATOR
APIRIVS.L.F.M.N. CRASSVS C,MAINIVS,P,F.P.N. LVSTRVM FECERVNT.
VS .Q.F.L.N. BARBVLA C,IVNIVS,C,F,C,N. BVBVLCVS BRVTVS
VS SP.F.SP.N. RVTILIVS M,POPILIVS,M,F,M,N, LAENAS
VS.L,F.L.N.MAMERC.PRIVERNAS.II. DICT, REI GERVN,C,
S.L.F.L.N. CVRVVS MAG,EQ,
S SP.F,L.N. CVRSOR .LV. Q,POBLILIVS,Q,F,Q,N, PHILO,IIII,
S.M.F.N.N. MAXIMVS RVLLIANVS DICT,
S.Q.F.AL.N.CERRETAN.IN PROELIO OCCISVS EST IN EIVS,L,P,ET MAG,EQ,R,G,C;
FABIVS,M.F.N.N. AMBVSTVS MAG,EQ,
IVS.M F.M.N. LIBO C.SVLPITIVS SER,F.Q,N, LONGVS,III,
.P.F,P.N. II. DICT, REIGERVNDAE CAVSSA
VS,C.F.M,N. FLACINATOR. II, MAG,EQ,
S SP,F,L,N, CVRSOR .V. C,IVNIVS,C,F,C,N, BVBVLCVS BRVTVS,II,
IVS.C,F.C.N. LIBO VISOLVS DICT, REI GERVNDAE CAVSSA
M.F.M.N. LIBO MAG,EQ.
VS.M.F,M.N. MAXIMVS C.PLAVTIVS DECIVS,P,F,Q, MVS
IVS SER.F,Q.N, LONGVS DICT, REI GERENDAE CAVSSA
S.C.F.C.N. BVBVLCVS BRVTVS MAC 'EQ,
CLAVDIVS.C.F.AP.N.CAECVS C,PLAVTIVS ,C,F,C,N, QVI IN HOC DXXVI
HONORE VENOX APPELLATVS EST,
C.F.C.N. BVBVLCVS BRVTVS.III, Q.AIMILIVSQ,F,L,N, BARBVLA,II,
M,F.N.N.MAXIM.RVLLIAN,II. C,MARCIVS,C,F,L,N, RVTILIVS QVI POSTEA
CENSORINVS APPELLATVS EST.
VS SP.F.L.N,CVRSOR.II, DICT, REI GERVND,CAVSSA
C.F.N.BVBVLCVS BRVTVS.II. MAG,EQ,
HOC ANNO DICTATOR ET MAGISTER,EQ,SINE COS,FVERVNT,
P,F.Q.N. MVS.II. Q,FABIVS,M,F,N,N, MAXIM,RVLLIAN,III,
IVS.Q.F.AP.N, CAECVS L,VOLVSIVS,C,F,C,N, FLAMMA VIOLENS,
ALERIVS M,F,M,N MAXIMVS

❡ Ibidem.



❡ Ibidem in eccleſiam :

.D. .M.

TI . CLAVDIO ONESIMO VIATORI COLLEGI MA
GNI CL . ZMYRNA CONIVX .

❡ In ſancta Maria in Iulia .

TROPHIMIANVS RELIQVIAE PVERI QVONIAM
PHRYGII PASTORIS . VIXIT ANNIS DVODE-
CIES SENIS , NAM TERTIVS ASTVLIT ILLVM,

¶ Ibidem.

.D. .M.

M . VALERI CALLIPARTHINI VIXIT ANN . VII . M . XI . D . XXVIII . .H . S . E . M . VALERIVS CAI IVLICVS FECIT .

¶ In ſancto Saluatore in Iulia .

CN . CORNELIVS CN . L . DIVS .

¶ In domo Pauli Palelli Aromatarii.

A ,PLAVTIVS CELADVS HERMETI LIB . PIISSIMO
. B , M .
EPITYNCHANVS SER . FACIVNDVM CVRAVIT.

¶ Ibidem.

.D. .M.

A . ATINI CELSI.

¶ Ibidem

D M

MODESTIAE EVTYCHIAE CVRA HEREDVM FECERVNT.

¶ Ibidem.

PRO SALVTE ET GLORIA IMP. CAES.
M . AVRELI ANTONINI AVG . L . ARVNTIVS
ET . Q . CLODIVS IASON ET
MERCVRIVS FILIVS HVIVS
. D . D .

¶ Ibidem.

D M

SABINIA IVSTINA SIBI ET IVLIO VALE VENAEO ALVMNO VIVA POSVIT.

¶ CAPVT .XX. DE .VIII. REGIONE SANCTI EVSTACHII.

¶ In ſancto Blaſio de Anello

.D. .M.

P. CVRTIO, P. F. TVTO SCRIBAE AEDILICIO
P. CVRTIVS ONESIMVS PATER FILIO PIISSIMO
FECIT SIBI ET CVRTIAE BACHIDI MATRI EIVS
VIXIT ANNIS .XVIII. DIES .XV.
. H . ARA . H . N . S .

¶ In ſancto Nicolao ibidem prope.

.D. .M.

TI.IVLIO PHOTO MATERNO VIX. AN. XXXII.

¶ In Palatio Archiepi Senenſis Pii .iii. pont. max. nepotis.

ASPICITE . O . CIVES , SENIS . ENNII . IMAGINIS . FORMAM
HEIC. VOSTRVM. PANXIT. MAXVMA. FACTA. PATRVM

¶ Ex alio latere.

NEMO. ME. LACRVMIS. DECORET. NEQ. FVNERA. FLETV
FAXIT. CVR. VOLITO. VIVVS. PER. ORA, VIRVM.

¶ In ſancto Sebaſtiano ibidem prope.

DIIS MANIBVS
L. LEPIDI EPAPHRAE PATRIS OPTIMI L. LEPI/
DIVS MAXIMVS, F. DE SVO.

¶ In pariete domus Honofrii Baliſtarii prope. ſ. Pantaleonẽ.

DOMNINA QVAE VIXIT ANN .XXXII : DEPO
SITA .IIII. IDVS AVGVSTAS.

In domo D. Lucę Mutiani.

.D. .M.

MVTIVS LEGITIMVS ET MVTIA LEGITIMA SIBI ET MVTIO DIONYSIO L. L. POSTERISQ. EORVM. POST OBITVM NOSTRVM CORPVS EXTRANEVM VENDERE SIVE DONARE VOLVERIT INFIRAT AERARIO HABEBIT DELATOR.

In quodam domo prope Aedem ſancti Iacobi de natione Hiſpanorum.

DIIS MANIBVS SACRVM.

TARQVITIAE MODESTAE

QVAE VIXIT AN. XV. M. VI. D. VI

MODESTVS ET LICINIA PARENTES LACENIVS MARITVS. C. QVAM DVLC.

NAM FVIT EXIMIA SPECIE MIROQ. DECORE MEMBRA MERANT VERO CORPORE DIGNA SVO

VALE . VALE . DVLCISS .

In Aede .ſ. Mariæ de Cœlis ubi eſt .ſ. Alonſius nationis Galliæ

TI. CLAVDIVS FELIX

VIXIT ANNIS .XXC.

APVSVLENA RVFILLA POSVIT CONIVGI SVO CARISSIMO ET SIBI ET SVIS APVSVLENVS PLEBEVS VIXIT ANNIS. XVII. ET MENS, XI. ET DIEBVS, XV, APVSVLENA RVFILLA POSVIT INFELICISSIMA.

Ibidem.

.D. .M.

VETTVLENAE . T. F. QVADRATILLAE.

Ibidem

CLAVDIAE AVG. L. QVEITAE HIC SITAE EST

¶ In ſancto Euſtachio.

DIS MANIBVS
SACRVM.

FOLIAE . C. F. QVIETAE
M. VETTIVS TIGRIS CONIVGI OPTIMAE BENE-
MERENTI ET SIBI POSTERISQVE SVIS ET
M. AVRELIO CHARILAMPE ET
M. AVRELIO ACHILLEO.
P. T. S.

¶ Ibidem:

DIS MANIB.

IVLIAE POLYNICES CELER. CAESARIS CONIVGI OPTI-
MAE PIISSIMAE ERGA SE SVOSQVE.

¶ Ibidem.

DIS MANIB.
T. FLAVIO AVG. L. HARMODIO
Q. Q. CALIDII EROS ET HERMES BENEMERENT.

¶ Ib idem:

DIS MAN,
MYRONI. M. TANONI BASSI TRIB. COH. III. PR.
POPILIA XENONIS FRATRI OPTIMO BENEMEREN
TI FEC.

¶ Ante Ianuam domus . D. Iulii Tamarozii.

ET M. AVRELIVS PACORVS
M. COCCEIVS STRATOCLES
AEDITVI VENERIS HORTORVM
SALLVSTIANORVM BASEM CVM
PALMENTO MARMORATO
DEANAE.
D D D

Ibidem in atrio.

SENATVS POPVLVSQ. ROMANVS.

IMP. CESARI DIVI AVGVS.
PONTIF. MAXVM.
IMP. COS. TRIB.
POTESTAT

Ibidem.

D. M. S.

BABVLLIAE VARILLAE CONIVGI B. M.
FECIT. M. STATILIVS AVGVSTALIS

Ibidem in orto fragmentum.

D. M. S.

ANTONIVS SEVERVS AQVILA HIC IACET
V SINE ANIMA MISERABILI FATO QVI B
L VIXIT ANNIS BISSENOS SEX XVI MENSES T
TVI VOTA ERANT VT PARENTIBVS ISTA T
T PARARET SET MORS INMATVRA FECIT V
O VT FACERENT PARENTES FILIO STVDIA V
AMAVI OBSEQVENS MAGISTRIS FVI A
R OBSERVAVI PARENTORVM PRAECEPTA ME I
AMICOS COLVI PATRONOS BONOS
OFFICIO PRAESTVS FVI SET TATALI
M AETATE TVLERINT LVSC.
QVOD DIME IBV

Ibidem.

C. IVLIVS DIVI AVG. L.
HILARVS MANCEPS HIC MONIMENTI ANTEROS
MARMOR VEDIAN. C. IVLIVS DIVI AVG.
L. ELAINVS,

¶ Ib idem:

. D . . M .

HAVE HYGIA ANIMA DVLCISSIMA EIDIAE SECVRISSIMAE
QVAE VIX . ANN , XVI ,
SIT TIBI TERRA LEVIS .

¶ Ibidem.

LVCVS SACER .

¶ Ibidem .

.D. .M.

P . SERVILIVS PHISETVS SERVILIAE TYCHE LIB , SVAE ET
IVLIVS EVPHEMVS FECERVNT BENEMERENTI VIXIT ANNIS
XXV . ITV AMBITV SACRIFICIVM FACIVNDI .

¶ Ibidem

MVNATIVS PAPA ET SOROR DIA
HIC SITI SVNT .

¶ Ibidem.

AEMLIA AMABILI SOROR ELPIDI FIDELIS ET
AEMILIA TYCHE MATRONA AMABILI ,

¶ Ibidem.

.D. .M.

SILVANVS LEVETI FIL . LIB . LIBER . POS , EOR .
IVS HABENS HVI MONIMENTO .

¶ Ibidem:

. D . . M .

XANTIPPE . V . M . X , D X . TROPHIMVS ET NYMPHAE
FECERVNT PARENTES ,

Ibidem.

.D. .M.

M. VLPIO ANTONINO EVOK. FLAVIVS AVRELIVS EVOK, ET VL PIVS FLORENTINVS HEREDES EX TESTAMENTO EIVS FECERVNT ET SIBI LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE ORVM

Ibidem:

IVLIAE SP.F. MOPSID FELIX CAESARIS CONTVBER.

Ibidem.

.D. .M.

P. AELII CELERI CLODI AHELPIS CONIVGI BENE MERENTI QVI VIXIT ANNIS .XC. ASTOMACHETVS

Ibidem

DIIS MANIBVS

P. MANLIO PAMPHILO ET IVLIAE CHRESTE ET. C. IV: LIO SP. F. CERIALI.

Ibidem.

.D. .M.

VALENTINAE VIX. ANN. VI. M. II, D. V. ANNIA VALENTINA ET ARPOCHRA FILIAE PIIS SIMAE FECERVNT.

Ibidem.

.D. .M.

SAEBERAE QVÆ VIXIT ANNIS, XXIII. M, II, D. XV. MEMFITA CONIVGI BENE. MER. FECIT SIBI ET SVIS POSTERISQVAE AEORVM. HVIC MONIMEN TO MANVS QVI INTVLERIT DABIT SESTERTIOS.XX.

Ibidem.

DIS MANIB.

M. COELI BLASTI COLIA CALE CONIVGI BENEMERENTI FECIT.

Ibidem:

D. M. L, CATIO PRISCO
VIXIT ANN, . XXX.
CATIA LAMYRA PATRONO
EISDEM CONIVGI CARISSI.
BENEMERENTI
FECIT,

Ibidem

L. COCCEIVS .L.L. EROS POENIA SEX.L.RVFA.

Ibidem.

LIBERTORVM .C. ARRENI MARCIANI ET POSTERIS EORVM. ET QVI IN HOC MONVMENTVM CONTVLERVNT.

Ibidem:

Q. TVTILIO. Q. L. ASARACO.

Ibidem.

.D. .M.

FELICIS IVLIA FELICVLA CONIVGI KARISSIMO FECIT ET SIBI ET SVIS POSTERISQ. EORVM IN, FR. P. IIII, IN. AGR. P. VI.

Ibidem.

C. IVLIVS PHILVMENVS AEDEM ET LAREM RENOVAVIT EX VOTO.

¶ Ibidem.

. D . . M .

M, QVINTILIO VITALIONI FILIO PIENTISSIMO
QVINTILIA ANTHYS FECIT ET ANTHIS PATER
SIBI ET SVIS POSTERISQVE EORVM.
IN FRONTE . P . VI . IN AGRO . P , VI,
VIX . ANN , XV . MENSIB . X , D . XXVIII . HOR . I .

¶ Ibidem.

. D . S . M .

AVR . POTENTIANO VET , QVI VIXIT ANN . LXII.
AVR . ESVPERIA CONIVGI CVM QVO VIXI AN .
VII . M . V . B , N . M . F .

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS.

ANTONIAE . M . F . PANACES VIX . ANN . IX . MENS . XI . DIEB . XIII.
FILIAE OPTIMAE ET PIISSIMAE
M . ANTONIVS PAL . ALYPVS ET PAPINIA ZOSIME FECERVNT

¶ Ibidem in quadrato marmore undiq; deſcripto in prima fronte ſic.

Q . MARCIO BARBA T. RVSTIO NVMMIO GALLO COS.
M . IVLIVS THALAMVS DEC . II . Q . I .
HOSPES TI . CAESARIS AVG , LICINIANVS DEC . II . Q , I.
ARAM MARMOREAM CVM DECVRIAE IN SVA ,
QVAESTVRA DE SVO . D . D . IDEM DEDICARVNT.

S A C R V M .

¶ In tribus reliquis lateribus ſic ſcriptum eſt :

GENIO HVIC DEC . SACRVM .

¶ Ibidem :

DIS MANIBVS

TI . IVLIO . NILO FECIT CERDO FRATRI . B . M.

¶ In domo Io. Dominici de Fidelibus ſiue in uinea eius prope Sāctam Mariam Maiorem.

IMP. DIOCLETIA. CESAR. AVG.

PLVRIMIS OPERIBVS. IN COLLE HOC > EXCAVATO
SAXO QVESITAM > AQVAM IVGI PROFLVVIO EX
TOFO HIC SCATENTEM INVENIT MARTIA SALVB.
TIBER LEVIOR. CVRATIS AEGRITV. ET STATERA IV
DICATAM EIVS RECEPTVI PVTHEVM AD PROX.
TRICL. VSVS IN HOC SPHERISTERIO VBI ET
IMPERATORIAM DICTYLOTECAM
P O S Ā.

Martia
altera indurata aqua
[illegible]
dactylotheca

¶ In domo M. Andreę Fuluii.

DIIS MANIBVS
T. FVLVIO CARPOPHORO. M. FVLVIVS
APOLLINARIS FECIT ET
SIBI POSTERISQ. SVIS
LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ.
E O R V M.

¶ Ibidem.

.D. .M.
FVLVIAE QVINTILLAE FECIT CORNELIA HELPIS
FILIA MATRI BENE MERENTI,

¶ Ibidem.

LVTATIA RHODOCHRVS

¶ Ibidem.

,D. ,M,
VOLVSIA HEDEA ET DIDYMVS FILIAE BENE MERENTI FECE
RVNT VIXIT AN. XI. M II. D. XIX.

¶ Ibidem.

SILVANO SANCTO
DONVM DEDIT
FABIVS CIVPPIVS . B . B .

¶ In domo . M. Io . Angeli de Victoriis .

. D. . M.

M . APIDIVS TIMOTHEVS FLAVIAE DIOGENIDI CON
IVGI SVE CON QVA VIXI ANNIS . XXX . ME VIBO
BENEMERENTI FECI DVLCISSIMAE MEAE ET
MI IPSO .

¶ In domo . D. Cæſaris de Albertinis .

DIS MANIBVS.
T . FLAVIO HERMETIS

¶ Ibidem:

. D . . M .

TI. CL. CASSINATI CONIVGI BENEMERENTI FECIT VIRGINIA
VENERIA CVM QVO VIXIT ANNIS . XVI. ET CL. ARTEMI,
DORVS FRATRI BENEMERENTI FECERVNT .

¶ In Fragmēto quodā Thermarum traducto añ . ſ. Mariā de Mōterone

TANS TRIVMPHATORIS AVGVSTI TERMAS VETV
STATE LABEFACTAS RESTAVRAVERVNT . RVSTI
CVS . V,

¶ In ſancta Mariam onteronis.

DIANAE

PRO SALVTE IMP . L . SEPTIMII SEVERI

ET . M . AVRELI ANTONINI AVGG. ET. IVLIAE
AVG . MATRI CASTROR .

Ibidem.

A. LARCIO EPICVRI LIB. FRVCTO LARCIA SECVN DA COLLIB. A. LARCIO FRVCTO CONTVBERNALI SVO BENE MERENTI ET SIBI FECIT.
DIS .M.
LARCIAE SECVNDAE PATRONAE SVÆ BENAE MERENTI ANIMO LIBENTES FECERVNT A. LARCIVS DEMETRIVS ET LARCIA NYMPHAE VIXIT ANNIS . XC .

Ibidem

D M

DEVTER CAESARIS VERNA FLAVIAE CARAE MATRI PIENTISSIMAE FECIT ITEM M. FLAVIO FRATRI EVDÆMONI

Ibidem.

.D .M.

M, VLPI EROTIS VLPIVS GAMICVS LIB, BENE MERENTI FECIT.

Ibidem.

.D. .M.

LIBERTIS ET FAMILIAE TI. CLAVDI. Q, ET AGATHIONIS,

Ibidem.

DIS MANIBVS

TI. FLAVIO PHILETO VIX. ANNIS. VI. DIEBVS. X. T, FLAVIO VENVSTO, VIX, ANN, XVIIII. MENSIB. XI. DIEBVS. XIIII. FLAVIA VENERIA ET PHILETVS PARENTES ET SIBI POSTERISQVE SVIS

In domo .M. Hieronymi marmorari.

MALIA HIRMIONE ~~FEC~~. IVLIO ONESIMO CONIVGI
. B . M . P .

In atrio domus. R. D. Andreę epiſcopi Vallenſis:

IMP. CAESARI
DIVI HADRIANI AVG FILIO
DIVI TRAIANI PARTHICI NEP DIVI NERVAE
PRONEPOTI TITO AELIO HADRIANO ANTONINO
AVG. PIO TRIB. POT. COS. DES. II.
SCRIBAE
ARMAMENTARI

Vltima linea abraſa eſt in marmore.

Ibidem:

DIS MANIBVS.
P. MARI TERIS.

Ibidem

CAESONIA. L. AMMIA CAESONIA. P. ET. Ↄ. L.
MAR IA. P. CAESONIVS. P. L. GATTA. CAESONIA
P. Ↄ. L GRAPHIS. ARRIA. L. L. AEGLE. ANTONIA
L. L. ANTEROS SIBI ET LIBERTIS LIBERTAB.
POSTERISQ. EORVM,

Ibidem.

D. M.

L. FAEMIO HERMETI VIXIT ANN. XLV. CAESIA
ZOE CONIVGI BENEMERENTI FECIT

Ibidem

DIS MAN,

LICINIAE FORTVNATÆ FILIAE DVLCISSIMAE VI
TALIS ET LICINIA MERCATILLA FECERVNT ET
SIBI SVIS POSTERISQVE EORVM.

¶ In domo Bernardini de Valle.

.D. .M.

TI. CLAVDIO PROCLO FECIT FLAVIA PRIMITIVA CCIVGI SVO BENEMERENTI HOMINI BONO:

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS

M. IVLIO. F. QVIRINA PVDENTI VIXIT ANNIS. LXXXX. CORNELIA CALLITYCHE CONIVGI SVO KARISSIMO FECIT BENE MERENTI CVM QVO VIXIT ANNIS. LV. SINE CONTROVERSIA VLLA.

¶ Ibidem.

.D. .M.

M. POLLENNIO SABINO APONIA FELICVLA CONIVGI ET, M. POLLENNIVS PRISCVS PATRI B. M. FEC. ET SIBI ET SVIS LIB. LIB. Q., POSTERISQVE EORVM.

¶ Ibidem

.D. .M.

A. GABINIVS FELIX

VIVOS SIBI FECIT ET MINDIAE EPITEVXI CONIVGI KARISSIME ET INCOMPARABILI ET MINDIAE CLAVDIANE FILIAE NATVRALI LIBERTIS LIBERTABVSQ, POSTERISQ. EORVM.

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS

AMEMPTI DIVAE AVG: L: LALVS ET CORINTHVS. L.

¶ Ibidem.

D M S

AMORI CONIVGI BENEMERENTI VIX. ANN. XXIII. MENSIB. V DIEB. IDEB. XXVI. POSPHORVS ACTOR.

Ibidem.

D M

PETRONIA NITE ET ALCIBIADES ALCIBIADI FIL. DVLCISSIMO ET DESIDERATISSIMO CVIVS MORS DECEPIT PATREM SVVM Q. V. A. XX. M. VII. D. XXI. ET IVCVNDAE MATRI EIVS CVM QVA VIXIT, A. XV. ET FELICLAE ALVMN. SVAE. Q. V. A. VI. MENS. VI. B, M. FECER, SIBI. ET SVIS POST. EORVM.

Ibidem

M, VISELLIVS CELER SIBI ET. M, VISELLIO FORTNATO LIB. ET VISELLIA HELPIDI LIB. POSTERISQVE SVIS,

Ibidem.

DIS MANIBVS

TVRRANIAE HAGNE. Q. TVRRANIVS ARTEMIDORVS LIB, GRATISSIMAE ET OBSEQVENTISSIMAE ET SIBI FECIT ET LIB, LIBERTABVSQ. POSTERISQ. E O R V M.

Ibidem.

MVSAE MATRI ASCLEPIADI PATRI CARPVS AVG. LIB. FECIT.

Ibidem.

EPIGR. Ↄ. CLODIAE FILIAE DVLCISSIMAE

D. M.

DECIPIMVR VOTIS ET TEMPORE FALLIMVR ET MORS DERIDET CVRAS ANXIA VITA NIHIL.

In domo. R. D. Proſperi de Caſarellis Epi Aſculan.

D. M,

CN. CAESIO ZOSIMO. T, AELIVS ZOSIMVS PATER ET CAESIA CALLIOPE MATER FECIT FILIO KARISSIMO VIXIT ANNIS. XI. DIEBVS. L,

Ibidem.

IVLIA PROCILLA VIX. AN. XIX.

AMARANTVS CAESARIS AEDITVVS OB CONCORDIA COIVGI BENEMERITAE POSVIT.

HVNC TIBI PERPETVO TITVLVM GRATISSIMA CONIVNX
CORPORIS EXTINCTI DEDICAT IPSA FIDES.
VIXISTI MECVM IVVENIS, CAROSQ VE PER ANNOS
Q VOS VITA EXEGI DVLCITER IPSE MEA
OPTO SIQ VA FIDES REMANET TVLLVRIS AMICAE
SIT TIBI PERPETVO TERRA LEVIS TVMVLO.

Ibidem.

SIQ VIS TITVLVM MEVM VIOLAVERIT INFERAT AERARIO. SS. IX. H.

Ibidem.

SEMICAPRI Q VICVNQ VE SVBIS SACRARIA FAVNI
HAEC LEGE ROMANA VERBA NOTATA MANV
HERSIBVS HIC IACEO. MECVM MARCHALLA Q VIESCIT
HAEC SOROR. HAEC GENITRIX. HAEC MIHI SPONSA FVIT,
FICTA PVTAS. FRONTEM TRAHIS AC ENYGMATHA SPHINGES
CREDIS SVNT PYTHIO VERA MAGIS TRIPODE,
ME PATER E NATA GENVIT. MIHI IVNGITVR ILLA.
SIC SOROR ET CONIVNX. SIC FVIT ILLA PARENS.


Ibidem

IRATVS REGVLE Q VOD NOBILIS IRA LEONIS
IN SIBI PROSTRATOS SE NEGAT ESSE FERAM;

Ibidem.

D. M.

TI. CLAVDIVS PROCVLVS SE VIVO SIBI COMPARAVIT ET CECILIAE HILARITATI CONIVGI SVAE CVM IS ESSET ANN. XXI. EAVE ANN. XXIII. VITA DVM VIVES VIVE. ET CVM POST POST OBITVM NECESSARIA ET PVDORE.


.V. AN. LII.
. D . M .
TI . CLAVDI SECVNDI
HIC . SECVM . HABET.
OMNIA,BALNEA.VINA
VENVS . CORVMPVNT
CORPORA , NOSTRA .
SET . VITAM . FACIVNT,
B . V . V .
KARO . CONTVBERNAL.
FEC, MEROPECAES . ET
SIBI ; ET . SVIS . P . E .

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS.
C. LARINATIS ATTICI QVOD SIQVIS OSSA EIVS
PRAEIECERIT AVT HANC ARAM APSTVLERIT
HABEBIT SACRA ISIDIS ILLIVS QVIETA IRATA.

¶ Ibidem.

LASCIVIA VERNA. Q. SVLPICI ABASCANTI QVAE
NONDVM SEPTEM COMPLEVERAT ANNOS.
QVAE CARVIT LVCE ET TENEBRIS SE MISCVIT ATRIS
LASCIVA NIMIVM FATIS CRVDELIBVS ORTA EST.
LIQVIT ET ORBATOS MISEROS FIDOSQVE PARENTES.
VBERIBVS PRESSIS NVTRICEM LIQVIT AMANTEM.
CONIVNX NVTRICIS INFELIX ILLE RELICTVS
MAERET. ET AD CINERES PLANGIT SVA PECTORA PALMIS
NEC SATIS EREPTAM LVCEM SIBI

¶ In domo. D. Iacobi de Alberinis.

Q, VIBIVS GELOS FECIT ET VIBIAE SYNTYCHE LIB. SVAE ET
CONIVGI OPTIMAE ET KARISSIMAE FEMINAE ET SVI AMAN
TISSIMAE. VIXIT ANNIS. LXVII. LIB. LIBERTABVSQVE
SVIS POSTERISQVE EORVM

¶ Ibidem.

D M
C. SABINIO. C. F SOLVA ANCVLATO VETERANO
COH. VIII. PR. ✠. ANENIVS EVPORAS AEVOCATVS
AC. N. ET IVLIA TAEODORA COIVS. B. M. FECIT.

¶ Ibidem.

NEMESI SANCTAE. CAMPESTRI

PRO SALVTE DOMINORVM. N. N, AVGG. P. AELI
P, F, AELIA PACAIVS SCVPIS. QVOD COH. DO
CTOR VOVERAT NVNC CAMPIDOCTOR COH. I.
PR. PV. SOMNIO ADMONITVS POSVIT. L. L.

¶ Ibidem

.D. .M.
L. CAECILIO PRIMIGENIO SENIORI. L. CAECILIVS SATVRNINVS
CONLIBERTO OPTIMO. B. M. F.

Ibidem Decretum

VELIVS FIDVS IVBENTIVS CELSO

COLLEGA SVO SALVTEM . DESIDERI FRATER ARRI ALPHII ARRIAE FADILLAE DOMINI. N. IMP. ANTONINI AVG. MATRE LIBERTI LIBELLVM TIBI MISI COGNITI MIHI EX LONGO TEMPORE PRIMAE IVBENTVTIS ETIAM MIRATVS CVM AB AEDIBVS ESSEM QVOT EO LO. SE CONTVLISSET AQVO DIDICI CAVSAS EREQVITIONIS SET ET RELIGIONIS MAGNOPE A DOMINO. N. IMP. IMPETRASSE ITA NE QVA MORA VIDEATVR EI PER NOS FIERI LIBELLVM SVBSCRIPTVM PER EVNDEM PVBLICVM SINE MORA MIHI REMITTAS. OPTO TE SALVON ET FEBICEM. ES.

EXEPLV LIBELLI DATI

CVM ANTE HOS DIES CONIVGEM ET FILIVM AMISERIM EPRESSVS NECESSITATE CORPORA CORVM FICTILI SARCOFAGO COMMENDAVERIM DONI QVES LOCVS QVEM EMERAM AEDIFICARETVR VIA FLAMINIA INTER MILIAR. II. ET. III. EVNTIBVS AB VRBE PARTE LAEVA CVSTODIA MONVMENTI FLA. THVMELES AMESOLA. M. SELI ORCILI ROGO DOMINE PERMITTAS MIHI IN EODEM LOCO IN MARMOREO SARCOFAGO QVEM MIHI MODO COMPARAVI EA CORPORA COLLIGERE VT CVANDO NE ECO ESSE DESIER PARITER CVM EIS PONAR. FECRETVM FIERI PLACET. IVBENTIVS CELSVS PROMAGISTER SVBSCRIPSI. III. NON. NOEMB. ANTIO POLLIONE ET APINIANO KOS · ORDINALIS SEVERO ET SABIANO COS.

¶ Ibidem.

D M

TI · CLAVDIO FELICI PATRI ET CLAVDIAE PRIVATAE MATRI
TI . CLAVDIVS AVITVS FILIVS OPTIMIS PARENTIBVS.

¶ Ibidem.

D M S

L.F. LANINIO. L. F. EVENO VIX. ANN, LXXV. SEX. MVNATIVS. L. F.
PERENNIS PATRI SVO BENEMERENTI FECIT.

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS.
CLAVDIAE TICHE VIX. ANN. XXX, TI. CLAVDIVS DEMETRIVS
CONIVGI BENEMERENTI POSVIT

¶ Ibidem

DIS MANIBVS
Numularius M. CORNELIO EVHODO NVMVLARIO CLAVDIA
C GRANÆ CONIVGI BENE MERENTI FECIT

¶ In pariete domus. D: Antonii de Rusticis fragmentum.

GERMANICVS
AVGVSTI. N. CAPITO
EX. K. IVLIS
C. VISELLIVS. C. F. C. N. VARRO
IMP. CAESAR. D. F. AVGVSTVS PON. MAX. TR. POT. XXXV.
TI. CAESAR AVGVSTI. F. DIVI. N. TR. POT. XIIII.
C. SILIVS. P. F. P. N. L, MVNATIVS. L. F. L. N.
PLANCVS.
LVDI SÆCVLARES QVINCI
IMP. CAESARE DIVI. F. AVGVSTO
H C. SENTIO C F. C. N. SATVRNINO
M, CLAVDIO. M. F. M. N. MARCELLO MAG. XV. VIR.
M. FVFIO. M. F. STRIGONE.
D. LAELIO, D, F, D. N. BALBO,

A. P. R. C. DCCCXLI.

EX. S. C. LVDI SAECVLARES FACTI. F

¶ In domo Cæſarini.

DIS MAN.

ARRIE VENERIAE . Q . POMPEIVS MAGNVS FECIT CONIVGI SVAE BENEMERENTI TITVLVM IN . A . IN FRONTE PED . VII . AGRO . P . V . Titulus

¶ In platea Caualeriorum

C . VIBIVS . T . F . CLV . PANSA TR . MIL . BIS DOMITIAE . L . F . MAXIMAE . VXORI ET . L . DOMITIO L . F . OVF , LIBERALI FRATRI . VXORIS .

¶ In domo Caualeriorum.

DIS MANIB.

T . IVLIVS EPIPHANES VIX . ANN . XI . MENSIBVS . IIII . DIEBVS XXIIII . IVLIA EXOCHE MATER FILIO PIISSIMO FECIT . F

¶ In carcarano.

C . CALPVRNIVS CL . ANTIOCHVS LANARIVS VETVRIA CL , DEVTERA MONVMENTVM FECIT SIBI ET L . SVEIS INFRO . P . V . IN A . P . XX . lanarius dicutera

¶ Ibidem

RAPTA SVM MATRIS IACET . HIC MISERABILIS INFANS (INV)
ANTE NOVEM PLENOS LVNAE QVAM VIVERET ORBES
HANC PATER ET MATER MAESTI FLEVERE IACENTEM
PARVA QVE MARMOREO CLAVSERVNT MEMBRA SEPVLCHRO

¶ Ibidem

.D. .M.

DISCONIS . A . COCCEIVS ANTEROS COGNATO$ PIISSIMO FECIT . dijs cōmunibus

¶ CAPVT .XXI. DE.IX. REGIONE PINEAE

¶ In ecclefia.f. xl: martyrum.

D M
VISELLIA SECVNDA MATER SABINAE
NOSTRAE.

¶ In domo: D. Auguſtini de Maffeis.

D

AVRELIO DASVMIO MIL.
LEG. II. PARTHICE SEVE
RIANE.P.F. AETERNES AVR.
ROMVLVS MIL.LEG,S.S.ET AE
MILIA LVCIFERA COIVX
ET CRESCENTIO LIBERT,
BENE MERENTI FECERVNT

M

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS:

Q.LOLLI FELICIS VIX.ANN.LIIX.MENSES.III.DIEBVS XIIX.
LOLLIA IONIS FILIA NATVRALIS IDEMQVE LIBERTA PATRI OP/
TIMO ET .Q, LOLLIVS FELIX PATRONO BENE MERENTI.
EX TESTAMENTO EIVS.HS,III.M.N.ET EX SVO AMPLIVS ADIE
CTIS.HS.III.CCCC.M,N.FECERVNT ET SIBI ET SVIS LIBERTIS
LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM,

¶ Ibidem.

SEXTO LIGINIO PACTVMEIO ALEXANDRO DVCI
ARMENIAE MAG.VEG.BENEMERENTI VXOR ET
FILII FECERVNT.

¶ Ibidem.

.D. .M.

T. PONPVSI SECVNDINI VIX. ANN. IIII. MENS. X. DIE. X.
T. POMPVSIVS EXOCHVS AVVS, F. SIBI ET POMPVSIAE EVANGE-
LIAE CONIVGI CARISSIME P O S T . E O R .

¶ Ibidem

M. VLPIVS AVG. LIB. APOLAVSTVS
MAXIMVS PANTOMIMORVM CORONATVS ADVER-
SVS HISTRIONES ET OMNES SCÆNICOS ARTIFI-
CES. XII. max pantomimorum

¶ Ibidem.

M. OCTAVIVS PRIMIGENIVS ALIPILVSA TRITONE FECIT ANCHA-
RENAE APHE CONIVGI SANCTISSIMAE ET CARISSIMAE DEQVA
DOLVIT NIHIL NISI MORS EIVS VIXIT ANNIS. XXXVII. ET
SIBI ET LIBERTIS LIBERTABVS POSTERIS S V I S
INFR . P . VIS . IN AG . P . IXI

primigenius alipi- a tritone te

¶ Ibidem

DIS MANIBVS

FAVSTI PACCI SATVRNINI DISP. PACCIA SECVN-
DA CONIVGI BENEMERENTI POSVIT, PERMISSV
IVLIORVM ORIENTIS ANICETI LALI ANTHI ET
PYRRICHES.

secunda Julij orientis

¶ Ibidem.

DIS MANIBVS.

C. SIGNIO C.F. ZOILO PERMISSVM IVLIORVM
ORIENTIS THEOPHILI PECVLIARIS VIX. ANN.
I. M. V. SIGNIA IDE MATER FECIT SIBI ET SVIS
POSTERISQ. EO.

